ratione utrique sunt signum. Probatur, quia causa est medium, ut cognoscatur effectus, et effectus est medium, ut cognoscatur causa: ergo sunt signum istud tale causa sui effectus, et effectus suae causae. Et placet haec ratio, equidem haec praedicata, producere, et produci non sunt formaliter repraesentare aliquid: sicut, nec posse producere, aut posse produci, non est formaliter posse repraesentare aliquid alias praedicatum differentiale causae, ut causa est, esset idem, ac praedicatum differentiale signi, ut signum est, et consequenter formaliter non disciderent ratio causae (idem de ratione effectus) a ratione signi, nec e contra, quod mihi videtur a veritatis semita declinare. Aliud est, quod id quod est causa possit esse id, quod est signum: aliud est, quod causa, et causa sit signum, et e contra, sive quod idem sint ratio causae, et ratio signi. Primum est verum, et secundum est falsum. Idem sua ratione dicendum est de causa in actu primo comparata cum signo in actu primo. Nec aliud ni fallor contendunt Auctores, licet illud non explicent. Haec doctrina applicanda est speciei impressae, et eius causae.

Disputatio 2a

celebris alia signi divisio in naturale, et ad placitum examinanda profertur

Caput 1um

bipartitur signum in naturale, et ad placitum.

Stat celebris inter Dialecticos haec divisio, cuius meminere Aristotelis interpretes ad librum 1um de interpretatione, et theologi cum suo Magistro

x inf.o dise 1. igitr discinditr signum in nale, et ad plactu.
Nale e qd aptus e ex na sua potiz cognitione aliqd a se distinctu
reprare, Vg fumus ignes. Aurora nascentes soles, gemitus tristitias, voces prolatores, q. ad id pendeant ab alieno placito: ideo hec dicuntur signa nalia, q. ex na sua obtudo reprant. Velit, nolit homo, si in gemitus prorumpat, meroves cordis sighat, q. gemitus e signum nale tristitiae.

Signum ad placitus e qd aptus e dependentr a voluntate libera potiz cognitiz aliqd a se distinctus reprare. Ideo nitus scripturae, et voces significativae sunt signa ad placitus, q. dependentr a libera voluntate reprant obiectus Vg hec vox Caesar n ex innata virtute reprat Caesares, .d. ex libera hois impositione. In eo hec duo signa differunt, q.d nale reprat ex na sua; et signum ad placitus ex liberae voluntatis impositione.

Vnde dm e cus stre 1.o Verhic1, signum nale talis conditionis e, ut idem repret ubiq gentium, velint, nolint hoes Vg apud omnes Nationes risus reprat laetitias, fletus cordis merores, q. cus signent hos esse signa nalia, eos reprant oio independentr a nationum usu, et hois voluntate. Signum ad placitus talis conditionis e, ut soleat variari eius significatio ex temporum diversitate, et nationum usu, et ex mero hois placito. Voces hec Nigredo, Agricola, Plus, et reliquae sunt signa ad placitus, q. licet intr Latinos significent colores nigros, agri cultores, et homines multos, n idem significant apud Hispanos, Egiptios, et Arabes.

Ratio discriminis e, q. signum nale reprat p. formas extrincas, quae n semper, et ubiq eadem e; signum v.o ad placitus reprat p. formas extrincas, quae n semper, et ubiq

eadesse, ut potius ex diversitate, vel temporum, vel naonum, vel linguarum, vel morum, vel voluntatum variari assolet. Ex his liquet hanc divisionem esse adequatam, quia (ut notant CC lib. 3o de interp. q. 2e 2a art. 1), vel fra signandi, est intrinseca, vel extrinseca? si intrinseca, signabit naliter, et independenter ab alio, ac proinde erit signum nale; si est extrinseca non signabit naliter, nec independenter ab alio; sed potius dependenter ab alio, ac proinde signum ad placitum dicetur. Signare naliter, et signare non naliter sunt gradus 1a dlai, et differentia horum signorum.

Caput 2m
duplex suborta difficultas expenditur

Ex dictis oritur 1a diffas: quidnam sit hec fra intrinseca in signo nali, et extrinseca in signo ad placitum? Sit 1a assertio: fra intrinseca signi nalis nil est aliud, quam conexio quae dat signi cum re, quam refert. Hec autem conexio potest ex triplici capite procedere. 1o ex ratione transcendentali causae dictae ad effectum, et effectus dictati ad eam. Negat hoc Pr. Hurt. dis. e 3 logicae secc 2a quantum solis effectibus rationem signi nalis concessit, non vero causis dictis effectibus: quia (inquit) cognitio effectus per causam est a priori; at vero cognitio rei per signum est a ~~priori~~ posteriori, et ideo demonstrationes a posteriori, seu ab effectu, dicuntur a signo. Dico 1a quia quae bene lux solis praecognita potentiam cognitivam detrahit ad cognitionem solis, ac sol praecognitus detrahit eandem potentiam ad cognitionem lucis; quia si sol conectitur cum luce, quam naturaliter producit; lux conectitur cum sole, a quo naturaliter dimanat.

Potest 2o pro~~ducere~~cedere hec conexio, et similiter

tu dine, quæ reperitur inter signum, et res significatas. Hæc similitudo e triplex: 1a naturalis, quam habet filius cum parentis, et ideo soleant filii adeo referre patres, ut appellentur expresse eorum imagines (Hispane dicimus es un trasládo de su padre), et eorum signa naturalia. 2a intentionalis, et hanc dicit cognitio cum objecto, quod adeo ad vivum exprimit, ut dicatur expressa illius imago, et signum naturale. 3a artificialis, quam similitudines habent imagines, quas, vel calamus, vel penicillus colorat. Si Pictor tineis, coloribus, et umbris, ita depingat Philippi 4i Hispaniarum Regis imagines, ut quisquis eas viderit in cognitionem Regis deveniat, imago naturaliter reprobit Philippum propter similitudines artificiales, sive propter accidentia colorum, longitudinis, &c, et proportionis, quæ eadem sunt in imagine, et in Philippo, ideoque imago dicitur signum illius naturale.

Potest 3o procedere hæc conexio ex accidentali specierum coniunctione, quarum una semel excitata illico excitat, et altera v.g. Franciscus amicus violento vulnere in tali loco miserrimè expiravit. Quoties Franciscus videt locum illum, in memoriam venit amici mors; quia adeo conexæ fuere species illius loci, et mortis amici, ut semel excitata loci specie, excitatur protinus mortis species. Unde locus ille cum Francisco per accidens e signum mortis amici, quatenus species, et loci, et mortis adeo devenitæ fuere, ut simul locum, et mortem in memoriam revocent. In quo casu locus ille erit signum naturale per accidens mortis amici, quatenus per accidens e, quod viso loco, deveniat Franciscus in cognitionem mortis amici independenter à libera voluntate.

Sit 2a assertio: forma extrinseca in signo ad placitum, nihil e aliud, quam communis gentium, aut populorum consensus,

ut hæc vox Petrus, vel potius signet Petrus, quam parietes, vel lignum. Pr, quia si prærcisse ponatur hæc voluntas populorum, vel gentium, poneretur in voce signatio: ergo talis voluntas, vel consensus est forma adæquata propter quam vox Petrus signat Petrus. Ex quo scies insignationali formas esse illi omnino intrinsecas, quia illas habet ex natura sua: in signo ad placitum esse omnino extrinsecas, quia talis consensus populi omnino est extrinsecus vocis entitati. Nec requiritur, quod hæc voluntas physice perseveret, satis non est si moraliter perseveret (qua ratione perseverat dum non retractatur) ut detur in voce signatio, quod testatur experientia.

Rogabis ad difficultatis complementum: an imagines depictæ sint signa naturalia rerum, quas repræsentant? negarunt plures, et affirmant non pauci. Assero 1º imagines ad vivum depictæ, quæ res corporatas exprimunt, sunt signa naturalia; Pr, quia repræsentant obiectum independenter a voluntate libera. Licet nisi, ut pingatur, et existat imago, pendet a voluntate Pictoris, at vero sel ad vivum depicta, a nulla voluntate pendet, ut repræsentet: ergo. Assero 2º: imagines pictæ, quæ res spirituales exprimunt, sunt signa earum ad placitum. Pr, quia signum ad placitum est quod in repræsentando pendet a voluntate libera; sed imagines rerum spiritualium in repræsentando pendent a voluntate libera: ergo. Pr minor, quia illud dependet in repræsentando a voluntate libera, quod pro homine libito obiectum repræsentat, et omnino in voluntate libera, quod pro homine libito obiectum repræsentat, sed tales sunt imagines creatum physice, potest aliud obiectum repræsentare; sed tales sunt imagines rerum spiritualium: ergo.

Pr hæc ultima minor, quia imago senis, vel et se, et naturaliter repræsentat hominem senem, et placito hominum Patrem Æternum, quia ad illum repræsentandum homines pro suo placito senis imaginem elegerunt. Unde talis pictura erit

signum nāle, quatenus hominem seu eum repraesentat; et signum ad placitum, qua-
tenus Patrem Aeternum repraesentat. Ex his infero: imagines, quae suum
obiectum ad vivum non exprimunt non esse signa nalia; sed ad placitum.
Pr., quia Pictura Caesaris v.g., quae illum ad vivum non exprimit, ex se
Caesarem non repraesentat, siquidem non est expressa Caesaris imago; sed solum il-
lum repraesentabit, l., quia subscripti caracteres id publicant, l. quia ex ali-
cuius hominis placito ad repraesentandum Caesarem destinatur. Satis fusas
de hac materia disputationes texerem, quia libuit his solum lineis adum-
brare, ne nostra isagoge prolixa videatur.

Sit 2a difficultas: an
dentur signa ex consuetudine, et quaenam illa sint? Resp. dari signa
ex consuetudine, quae reduci solent ad signa nalia, et ad placitum.
Existimant aliqui posse consuetudines fundari in natura, et in hominum
voluntate. Si fundetur in natura dicunt esse signa nalia v.g. canis
praecurrens, qui cauda assentive fluctuans adventum Domini prae-
nuntiat. Aurora, quae nascentis solis adventum vaticinatur.
Adventatio hirundinum in nostras Baeticas ex Africano littore,
quae veris tempus repraesentat. Si fundetur consuetudo in hominum volun-
tate, dicunt esse signa ad placitum. Exempli causa: explicatio gonaque
quae, signum pendulum mante diversorium, Ramus appensus ante
tabernas, vestis pullata, quae horam prandii, hospitium, vinum
venale, et parentum, l. cognatorum funera, sive mortes ex hominum
placito repraesentant, licet non ubique, seu apud omnes Nationes.

Cui doctrinae
acquiescunt (in re adeo levi non placet cum aliquibus placito refra-
gari) sed adverto quod forsan nullus explicuit, signa tum nalia,
tum ad placitum, quae dicuntur signa ex consuetudine non talia dici
ante consuetudines; sed post consuetudines introductas media ali-
quarum actionum repetitione, quia quando prima vice tirundi-

nes v.g. ex iique Africæ tractu in Bæthicæ placidas regiones pervolarunt n̄ dabatur consuetudo, et ideo tunc adventus horum passerculorum fuit signum naturale, non vero signum naturale ex consuetudine.

Per hæc doctrina: quia qui tunc cognosceret ardentes hirundinum nas, flammas Africæ regiones, et Bæthicæ placidas temperies, et videret caterbatim has aviculas Africanas, plagas deserere, et in Bæthicas volatu transmeare, colligeret hiveris adesse tempus in quo non a in opere pondere castidas valde terras fasticlit, et temperatas ambit. ideo adventus iste ex natura rei, et inde pendenter a hominis placito primus representabit, non vero representabit ex consuetudine, quia nondum fuerat introducta. similiter dicendum de signo ad placitum v.g. ramus ante tabernas prima die, qua appensus fuit, solo fuit signum ad placitum, post vero introductas consuetudines, signum extitit ad placitum ex consuetudine.

Neothericus eruxe propugnat, nulla esse signa naturalia ex consuetudine; sed omnia signa ex consuetudine esse ad placitum. Ita contra cœs doctrinas arguit: illud esse signum ex consuetudine, quod dependenter a consuetudine representat; sed signum naturale non representat dependenter a consuetudine; ergo non datur signum naturale ex consuetudine. Probatur minor, nam: quia non datur signum naturale eodem modo repræsentatur, licet non detur consuetudo signum naturale eodem toto modo representat. Potest hæc doctrina confirmari 1.º, quia ante consuetudinis introductiones dabatur in signo naturali proportio ad res representandas ut illas repræsentaret; sed eadem perseverat post consuetudines: ergo. 2.º, quia etiam si tollatur, vel ignoretur consuetudo eodem modo signum naturale representabit obiectum: ergo.

Hoc argumentum aculeos erigit contra

Ja coes doctras, n vo Ja nostras, ut ex a me paulo antea dictis satis liquet. Ar J cessa mari, discetione moris: signum nale, quà praecisse nale, n respiat dependenter à Jsuetudine, Jcedo; quà nale et ex Jsuetudine nego. Resprare naliter solo requirit proportiones nales inter signum, et res respiatas: reprare naliter ex Jsuetudine, praeter proportiones requirit Jsuetudines, quae e serias actuum repetita.

Ad probaones maioris dico distinguendo ans: datur, l. n datur Jsuetudo signum nale eodem o modo respiat, quà praecise nale e, Jcedo; quà signum nale, et ex Jsuetudine, nego. Denominatio signi nalis resultat ex fra intrinseca ipsi signo; denoatio signi nalis ex Jsuetudine, pullulat ex fra partim intrinseca, et partim extrinseca, q adequate Jponitur ex intrinseca ipsius signi nla, et ex Jsuetudine (actuum repetitione orta) quae e qd extrinsecum entitati signi nalis.

Ad 1m Jfiraones Jcedo totum, et addo ante Jsuetudines n dari signum nale ex Jsuetudine; d. so quà nale e: post Jsuetudines dari signum nale ex Jsuetudine, q datur adequatum fundum huius denominaonis. Ad 2m Jfraones dico, qd si tollatur Jsuetudo remanebit signum praecisse nale, ut erat ante Jsuetudines. Si vo ignoretur ab aliquo hoe usu illius, erit etiam nale signum ex Jsuetudine, quantum e ex parte signi, q qd homo ille ignoret eo ex Jsuetudine, n tollit qd vere sit signum ex Jsuetudine, quando hoc datur. Sicut qd lateat rusticum soles ee cas plurium effectuum nalium, n tollit ee eas veras illorum. Hoc pug. dum Ja signum ad placitum ex Jsuetudine frari potest; d eadem solutione enervandum mutatis mutandis.

Ad fines colligos 1o

eandem entitatem posse esse signum naturale, et ad placitum rerum diversi obiecti v.g. fumus in specula militari excitatus, est signum naturale ignis: et signum ad placitum hostis advenientis. Eadem vox significativa, quae repraesentat prolatorem est signum naturale: quod suum signatum est signum ad placitum. Colliges 2°: eandem entitatem posse esse signum naturale, et ad placitum rerum eiusdem obiecti; sed sub distincta ratione. Patet, quia haec vox Deus est signum naturale rerum Dei, cum haec vox sit quid creatum, et omne creatum dependet a Deo, et cum illo conectitur, tanquam cum causa et sub hac ratione illum naturaliter repraesentat. Deinde ipsa vox Deus est signum ad placitum rerum Dei, quia imposita est ad illum significandum. Similiter haec vox causa naturaliter repraesentat suam causam, et ad placitum omnes causas. Idem dicendum de his prolator loquens, et similibus. Haec divisio non est in membra physice, et naturaliter diversa; sed in membra formaliter distincta.

Caput 3m.

Inimica nostrae doctrinae argumenta enervantur.

Opponens 1°: non datur signum naturale; sed omnia sunt ad placitum; ergo inconcinne dividitur signum in naturale; et ad placitum. Antecedens probatur, quia omnia signa dependent a Dei voluntate; tunc in producendo, tunc in conservando; et plura dependent ab Angelorum, et hominum beneplacito in sui productione, et in conservatione; ergo. Respondetur, negando antecedens. Ad illius probationes distinguo antecedens: omnia dependent a Deo, ab Angelis, et hominibus, quoad existentiam, concedo; quoad repraesentationes, nego. Aurora dependet a Deo, ut existat; sed non dependet a Deo, ut iam existens repraesentet solis ortum. Imago Pompeii v.g. dependet in existendo

tere à bene placito Pictoris, qui posset, si vellet eam non pingere; ast postquam depicta est, velit, nolit Pictor Pompeium repraesentabit. Itaque signo naturali non officit dependentia in existendo; sed dependentia in repraesentando. Primam dependentiam habent signa naturalia, utramque signa ad placitum.

Opponens 7°: non datur signum ad placitum; sed omnia sunt naturalia: ergo haec divisio non est bona. Probatur antecedens, quia voces verbi gratia, si imponantur, et non imponantur intrinsece omnino eaedem sunt, sed sine impositione non sunt signa naturalia: ergo et cum illa. Patet consequentia, quia id quod est intrinsece invariatum est, eosdem effectus debet semper praestare; tum axioma satis notum inter Philosophos: idem manens idem, semper est natum facere idem. Confirmatur, quia cognitio est signum naturale: ergo et vox cognitio, quae mentis respondet conceptui. Respondetur, negando antecedens.

Ad probationem, concessa majori, et minori, nego consequentiam. Ad cujus probationem distinguo antecedens: id quod est intrinsece invariatum est eosdem effectus debet semper praestare, si etiam extrinsece invariatum sit, concedo; si varietur extrinsece, nego. Voces quoad intrinsecum, et physicum sui semper omnino eaedem sunt; sed variantur quoad extrinsecum, quia ex impositione ad significandum resultat in vocibus nova denominatio extrinseca, quae appellatur significatio, et ratione cujus novos effectus praestare possunt. Ante impositionem repraesentant solum naturaliter, post impositionem repraesentant etiam ad placitum, sicut moneta quoad intrinsecum, et physicum sui semper eadem est, et idem valet; ast propter extrinsecas mutationes, quae ex voluntate regia provenit, modo isto modo illo gaudet valore. Axioma solum loquitur de re intrinsece, et extrinsece invariata. Ad confirmationem vero est manifesta disparitas, quia cognitio in repraesentando pendet à voluntate libera, secus vox cognitio.

Opponens 8°: id est naturale alicui rei quod est de conceptu formali

et essali illius; ergo repraesentare est de conceptu formali, et essentiali cuiuslibet signi, aliàs non convenirent omnia in hoc conceptu: quia omnia repraesentant formaliter. Hoc argumentum laborat aequivocatione. Igitur nego consequentiam. Distinctione maioris; id est naturale alicui rei, quod est de conceptu formali, et essentiali illius, si ly naturale idem sonet, ac constitutivus, et proprius, concedo; si ly naturale aliud sonet, nego. Deinde distinguo minorem: ergo repraesentare praecisse est de conceptu formali, et essentiali cuiuslibet signi, concedo; taliter, scilicet taliter repraesentare, nego. Demum distinguo consequens: repraesentare est naturale cuiuslibet signi, si ly naturale idem sonet ac constitutivus, et proprius, concedo; si aliud sonet, nego.

In praesenti dupliciter potest sumi vox naturale. Primo pro conceptu essentiali, et constitutivo rei, et sic cuilibet signo, ut tale est, et in ratione signi, naturale est repraesentare, quia est de essentia cuiuslibet signi repraesentare obiectum. Secundo: pro conceptu differentiali signi naturalis, et sic repraesentare naturaliter solum est proprium signi naturalis. Ceterum repraesentare praecisse proprium, et essentiale est cuilibet signo. Taliter, scilicet taliter repraesentare obiectum hoc est naturaliter, scilicet ad placitum est proprium huius, vel illius signi, non cuiuslibet signi

Disputatio 4

multiplex signorum divisio expenditur et paucula breviter notantur

caput 1um

breviter plures aliae signorum divisiones numerantur.

Tradidi duas signi divisiones, quae plausibiliores sunt in Dialectica

iubet alias Laconismo perstringere, ne auditorum meorum utilitati defuisse videar. Tertia signi divisio, illud tripartitur in rememorativum, demonstrativum, et prognosticum. Rememorativum est, quod aptum est res praeteritas in memoriam reducere ut eucharistia, quae Christi mors in memoriam revocatur. Demonstrativum est quod aptum est res praesentes demonstrare ut fumus, qui demonstrat ignem, et pro- latores.

Prognosticum est quod aptum est res futuras praenuntiare ut nubium conglobatio, quae tempestates praenuntiat. Item varius solis color, dum occidit iuxta illud Poetae caeruleas pluvias denunciat igneus Euras. Haec divisio mihi est adequata, quia vox ens possibile est signum, et tamen non repraesentat quod fuit, nec quod est, nec quod erit. Quarta signi divisio illud bifindit in practicum, et speculativum. Signa practica, quae res possunt causare significando, sive quae apta sunt res efficere eas significando ut verba consecrationis, et sacramenta novae legis, quae gratias signant, et efficiunt; signa speculativa, quae apta sunt res repraesentare absque ordine ad operandum ut fumus ignem, fragor arborum futuras tempestates, et voces significativae sua obiecta.

Quinta signi divisio traditur a Doctoribus, et signum bifindit in pure instrumentale, et in pure sensibile: pure instrumentale est, quod aptum est ab intra percipi; exemplificatur cognitio reflexe cognita, traditionales, et illativi; at si igitur. Pure sensibile est quod aptum est a sensibus percipi ut fumus praevisus, qui cognoscitur ignis: Sexta divisio signum partitur in immediatum, et in mediatum, immediatum est quod aptum est repraesentare immediate per se, et sine interventione alterius signi: ut cognitio parietis; mediatum est quod aptum est repraesentare mediante aliquo alio signo, ut vox fumus, quae significat ignem mediante

fumo, quaes immateriae reperat.

Septima divisio tradita à Lemuri-
tis CCbus signum bifariam disecat in proprium, et improprium:
signa propria cum vox aptatur in significatione propria accipi ut
Nero pro imperatore romano: signa impropria quando vo-
ces aptantur translative, et improprie accipi ut quando de hoc
cru deli affirmamus esse leonem de Christo esse agnum, de prato
viridi videre.

Octaua signi divisio ab aliis tradita est in
signum suppositivum, et indicativum: suppositiva sunt quae aptantur in
propositionibus doctrinalibus supponere pro re quam significant ut vox Pa-
ullus. Affirmamus enim taurum mugire supponendo in propositione
vocem ipsam pro uero, et reali tauro. Indicativa sunt quae nec ap-
tantur proxime supponi pro re, nec eam proprie significare, sed tantum eam
indicare ut vox igitur quae illationem indicat, in quo propria illa
supponitur in propositione. Nullus enim Dialecticus diceret: datur
igitur á negatione unius contradictorii ad affirmationem alterius: cum vel-
llet dicere, datur illatio á negatione unius contradictorii, ad affirmatio-
nem alterius. Nona signi divisio illud quadrifariam
disecat, in reale, mentale, vocale, et scriptum. Reale est quod
reperitur in rebus ipsis á vocibus, scripturis, et cognitionibus diuer-
sis. Mentale, quod in mentis conceptibus, Vocale, quod in voci-
bus. Scriptum quod in scripturis.

Caput 2m
paucula notantur ad doctrinae de signis elucidationem.

Noto 1o, posse
creandes entitates incidere varias signorum species, et aliter, aut

maliter; id est formaliter diversas. Primum, quia quaevis vox significativa est signum naturale affectus proferentis; ad placitum autem obiecti repraesentati; instrumentale, quia prius audita repraesentat obiectum; vocale, quia est vox. Deinde actus interius sunt signa formalia obiecti; instrumentalia, si per alios actus reflexe cognoscantur; quatenus ex natura sua repraesentant sunt signa naturalia: quatenus repraesentant sine ordine ad operationes sunt signa speculativa, et signa mentalia, quia sunt in mentis conceptus: ergo.

Noto 2o: quadruplicem praecipue reperiri potentias obiecti cognitivas, scilicet divinas, Angelicas, humanas, et sensitivas. Haec quadruplex potentia potest uti signis formalibus, et instrumentalibus. Primum, quia potest producere actus vitales, qui sunt expressa, et formalia signa suorum obiectorum. Deinde per actus reflexos possunt Deus, Angelus, et homo cognoscere haec eadem signa formalia, quae reflexe cognita munus exercent signi instrumentalis. Immo et causis detractis praecognitis venantur effectus, ac proinde utuntur his causis, tamquam signis instrumentalibus ad effectuum cognitionem. Bruta etiam utuntur signo instrumentali; quia quisque ex lupi ululatu perniciem sibi metuit; et equus dum audit militare classicum, pugnam ominatur, et ad praelium arrectis auribus accenditur.

Noto 3o: Deum, Angelum, hominem, et bruta uti etiam signo naturali, et signo ad placitum. De signo naturali probatur, quia omnes producunt actus vitales, quin ex voluntatis liberae beneplacito; id est ex ingenita, et nativa virtute obiecta repraesentant. De signo ad placitum divisim, probatur; et 1o. Deus multis signis ad suum prius placitum institutis praenuntiavit Iudaeis nostri Redemptoris adventum, et sacramenta novae legis instituit, quae gratiam conferunt, quia significant ex divino beneplacito; quod est active uti signis ad placitum. Deinde passive etiam utitur Deus signis

ad placitum, quam et nostris vocibus res signatas deprehendit, licet aliunde illum non laterent, nec est inconveniens quod res diversis mediis cognoscantur:

2º: Angelus et nostris verbis animi conceptus dignoscit, ac proinde his signis ad placitum passive utitur imo antiquitus Angeli corporum larva personati cum hominibus confabulantes, tam active, quam passive signis ad placitum utebantur. Tertio: homines imponunt voces (et res signa nonnullam ante tabernam) ad aliquid reparandum, et illis loquuntur, quod est active, et passive uti signis ad placitum. Quarto: bruta (idem de amentibus dici poterit) passive utuntur signis ad placitum, quae non sunt alicui nomini assuefacta, dum illo vocantur, illico accurrunt. Hucusque locuti de signis peculiaribus, quae communiter: an aliis signorum speciebus utantur Deus, Angelus homo, et bruta ex dictis facile coniectabitur.

Noto 4º: uti signis active nihil aliud est, quam ea producere, vel instituere, et mediis illis aliquid dignoscere: uti signis passive nihil aliud esse quam per signa iam producta, aut instituta in obiecti cognitionem devenire. Noto 5º, quod quamvis Deus (idem de Angelis, et de hominibus non sunt dicendum) res intuitive praenoverit, adhuc posse mediis signis iterum in earum notitiam devenire, non enim repugnat in eodem intellectu, duplex cognitio obiecti, altera abstractiva, altera intuitiva: imo nec duplex, nec multiplex notitia abstractiva eiusdem rei, si ex diversis signis habeatur, ut homines quotidie experimur.

Disputatio 5a

an voces significent naturaliter, vel ad

platis: et in quo eorum formalis consistat significatio

Caput 1m

Quid sit vox, et quae conditiones ad humanas locutiones praerequirantur

Divus Augustinus arbitratus fuit, et merito, quod licet homo possit latentes in animo conceptus exprimere, vel oculis, vel ore, vel manibus, vel motibus, vel aliis signis, nullo tamen commodius, quam voce, vel prolata, vel scripta: illa loquimur praesentes, haec absentes, ideo naturam vocum, et eius conditiones expendere consentaneum duxi.

Igitur

Vox est sonus animalis prolatus mediis instrumentis naturalibus ori connexis. Particula sonus gerit vices generis quia illa convenit vox cum omni alia qualitate quam auditus percipit, et nominatur sonus videlicet sonus ex aere percusso, vel ex corporum affricatione, seu collisione confactus. Reliquae particulae munus differentiae subeunt, et quia illas discriminatur vox a quovis alio sono, qui vocis nomenclationem nancisci nequeat: et formatur vox instrumentis vitalibus animalis videlicet pulmone, vocali arteria, gutture, et dentibus, labris, lingua, quae aerem e pulmone attrahit, et summa volubilitate discindens agitatione in voces effrat.

Ex vocibus alia est articulata, alia inarticulata: prima distincte sonat, ut Deus; secunda confuse, et sine syllabarum diversitate, ut suspirium. Deinde teste divo Thoma et Perlio, aliae voces affectum internum animalis exprimunt, ut rugitus: aliae nullum exprimunt, ut blictiri. Demum ex vocibus aliae significant animalis internas sensationes, ut

gemitus; alia inter nos aialis ratis (?) deceptus in pluribus opinione. Haec ultima vocatur vox humana, sive humanus sermo: unde si in rigore loqui mur sonus qui ipsis corpori attribuitur, vox aiali, verbus, sive sermo hoi. Adverte locutione intellectuali (quae sunt ipsi actus intrus) nos posse loqui Deo, et Angelis; locutione vero sensibili (quae sunt voces ipsae articulatae) nos loqui cum hoibus.

Ad locutionem humanam plures conditiones praerequiruntur: 1a qd voces signativae sint: 2a qd aliqd significent voces, 3a qd qui loquitur, habeat notitias vocis significantis, signationis, et rei signatae: 4 qd in mente praecedat cognitio; quae voces dirigat humano modo, et non barbaro proferendas. Unde ab aliis humana locutio definitur sic: est vocis signativae prolatio rationalis creaturae imaginatione aliqd significandi. Ex defectu praedictarum conditionum non sunt (?) proferuntur voces signativae, quarum prolatio sit humana locutio, ut psittaci demurmurare, et aliae aves loquacitant, imo et hoes vocum ignari; ut moniales, quae Dei preces occinunt, latini idiomatis oio inscii. Sine praelia (?) et mentali parata notitia, tunc vocis significantis, tunc rei signatae humanae; sed barbare coordinatur rationalis fabulatio. Addit Ovi (?) 3a octava loquente (?) punct. 3o num. 3m loqui hoes, qui apud rivulus, aut arbores verba faciunt. sed 3a, quia homo ille coram flumine, aut arbore verba proferens, humane loquitur cum adimpleat omes conditiones, quae locutiona humana, itaque homo ille humane loquitur; sed non humane colloquitur; qui arbor neque aqua respondet humana loquela loquentis vocibus.

Caput 2m

Voces non significant naliter; sed ad placitum.

Nescio quis scripsit docuisse Platonem voces significare ex natura sua: debiriusque sané l. tyronis in Dialas indignus; potissimum cum ipse Plato in Cratylo hanc dementiam tribuat Cratylo, et Socrati; sit tribuunt illam Ammonius Heraclito, et Leucippus Pithagoreus. Dm e cum Arist. (cui omnes Philosophi subscribunt, tunc veteres, tunc iuniores) 3º Perhi. c. 1 et 2 e lib. 3 c. 1: voces non significare naliter; sed ad placitum voluntatis liberæ; aliás negandum esse Adamum imposuisse rebus primeva nomina, quæ in turri Babilonica confusis, varia in gentes coorta, et diffusa idiomata, e queis tota linguarum pullulavit varietas.

Cois hæc sentia pr. 1º: quia si voces significarent naliter, omni tempore, et apud omnes nationes idem significarent; sed non idem significant omni tempore, et apud omnes nationes: ergo non significant naliter. Cõa e legitima: pr. maior; quia omni tempore, et apud omnes nationes haberent eandem naturam, quæ cum inde semper invariata polleret eadem vi intrinseca, et ingenita significandi. Pr. minor, quia omni fere idiomate, non paucæ voces decursu temporum mutarunt significatum, et abiere in novum significatum introducte (Alias saltem potuerunt mutare, et introduci) ut testatur experientia; sed hoc non posset fieri, si ex natura sua, quia invariata persistente vocum essa, eodem maneret ipsarum immutata significatio.

Pr. 2º: quia ideo voces possent significare naliter res, quatenus essent causa, vel effectus earum, sive quatenus cum illis haberent nales similitudines; sed neutrum habent: ergo. Pr. minor, quia hæc vox taurus nec producit taurum, nec producitur á tauro, nec ab eo dependet in fieri, ut fumus ab igne, et vestigium leonis á leone. Deinde hæc vox taurus nullam habet similitudinem cum tauro, ut habet icon Deiparæ ad vivum expressa cum ipsa Deipara; nam si haberet, quivis homo (Ægiptius

foret, v. Africanus, v. psittacus,) qui vidisset taurum, si audiret hanc vocem taurus illico veniret in cognitionem tauri (quod videtur absonum) sit 4, qui vidisset duos homines inter se valde similes, si postea unum conspiceret alterius recordaretur propter utriusque similitudinem in accidentibus formæ exterioris.

Rogo adversarios: in quonam hæc vox taurus assimilatur ipsi animanti tauro? in cornibusne an in torva facie? in feriate, an in magnitudine? in pellis collore, an in secta pedum figura? alias rationes producit Arr. dise 18 logicæ sessione prima subsessione 2a. quod eas prætereo, quia forsan facile infirmari valent, et ipse non eas magni pendet.

Adverto 4m cum ipso Arri. ibi num. 19 non nullas esse voces, quæ naturaliter significant delitescentem in animo lætitiam, aut mærorem, ut gemitus, et suspiria, quod ab orbis infantia inter omnes gentes, et nationes compertum fuit. id ipsum cernere licet in brutis, quorum naturales voces, eorum internos affectus, seu sensationes repræsentant non ex placito voluntatis liberæ; sed ex intrinseca ipsa vocum notitia.

Dices 1o: in sacris litteris dicitur de nominibus, quæ Adamus rebus imposuit esse propria illarum rerum nomina: ergo significant res naturaliter, alias non essent earum propria. Respondeo concesso ante negando consequentiam. lætenus in scriptura dicuntur ea nomina propria, quatenus vere et proprie res erant designaturæ per illa significandæ; non vero quatenus significarentur naturaliter. sic licet nunc dicimus hanc vocem Paulus esse nomen proprium Pauli, non quia illum naturaliter signet; sed quia vere, et proprie omnes utuntur prædicta voce ad dignoscendum Paulum.

Dices 2o plures voces esse quæ habent naturales similitudines cum rebus, quas significant: ergo saltem illæ significabunt

naliter. Pr dns, inquovis idiomate reperiuntr, tunc noia, tunc verba, quæ Rethores affirmant signare pono matopeias, sive fictiones nois, quæ fit quando actio nabis silli sono procedit frimiter. Unde sonitus campanulæ appellatr tinnitus, sonitus tubæ taratantara: 9o signa nalia: 9o idem dom de onibus vocibus.

Dicitr ↄcedendo totum argtum, sive illud omittendo, præter ultimam ↄam quam negamus. Etenim illæ voces utiq signant naliter, sicut, et gemitus, et suspiria, de quo nullus debet ambigere, ut recte monuit Pr Ovi 3a 8 logicæ punc 8o naro 2o, nec in præsenti ē differs de vocibus, quas in exemplum pducit argtum, sit nec de gemitibus, et suspiriis; hæc n. ones voces naliter signant sua obta, q a et se oni tempore, et apud ones natio nes habent ea obta repræsentare. Disi dissē: anquævis vox signativa ex se et independenter à voluntate libera, tales proportio nem hāt cum re, quam repræsentat, ut naliter eam, et natio repræsentet, et hoc negamus.

Caput 8m
in quo nam ↄsistat ſralis vocum significatio

Non loquimur de signis nalibus, hæc enim per intrinsecam ↄceptum repræsentant obta, q n egeant alio superaddito ↄg cognio Petri, quæ seipsam repræsentat Petrum, fumus ignem, gemitus cordis angrorem, ut diximus dispa 1a et 2a. Sed ē ↄtroversia de signis ad placitum significantibus; et q a inter hæc principem sedem et locum adeptæ sunt voces, de illis specialiter instituetur sermo, et qd de illis dixerimus, de reliquis signis ad placitum dicendum erit.

Duæ extant opiniones 1a docet significationem vocum ēē relationem quandam realem, resultantem in vocibus ex eo qd

ab hoibus imponantur ad signandum, ita plures Thomistae quos sine noe refert Arr disp. 18 log. sect. 2 subsect. 4, immerens hanc sentam improbabilitatis nota. Qa docet signationem vocum consistere in denominatione extrinseca quam materia à voluntate hominum voces ad signandum imponentium.

Patroni huius 2ae opinionis diversimode eam propugnant. Alii indicant denominationes extrinsecas esse ens rationis, ac quod inde denominationes extrinsecas signi ad placitum esse formaliter ens rationis. Alii denominationes extrinsecas esse ens morale, et consequenter hanc signi denominationem formaliter esse ens morale. Alii denominationes extrinsecas nihil addere praeter fundamentum, unde docent, signum ad placitum quam materiali afferre voces, aut res, et quod formali liberam voluntatem hominum in retractatam esse, à qua voces habuere hoc, vel illud obiectum repraesentare. Vide cum hac Pm Hurt Disp. 8 logicae sect. 2a, Pm Ovi 3a logicae punct. 2 numero 8o.

Sit nostra conclusio signatio vocum constituitur formaliter per denominationes extrinsecas provenientes à voluntate hominum à com pacto, et consensu eas imponunt ad signandum. Ita Pr Ovi nuper citatus: Pa 1a conclusio; quia illud est constitutivum alicuius denominationis, quo praecise posito ponitur denominatio, et quo praecise ablato aufertur denominatio signi ad placitum, et praecise eadem voluntate, et consensu hominum, ponitur in vocibus denominatio signi ad placitum, et praecise eadem voluntate, et consensu hominum ablato, aufertur: ergo formaliter constituitur per hanc voluntatem, et consensum hominum. Sola minor eget probatione, et.

Probatur; quia si in aliqua regione, vel Provintia omnes homines, aut fere omnes homines conspirarent, et com consensu descernerent, ut vox simpolapsus signaret lapidem

utiq; vox Sindapsus lapides signaret, q alind requireretr, illas tales signationes obtineret: q° precise posita hac coi hous volun=tate resultat signatio in vocibus. Deinde, si decernerent, ut de=inceps vox homo ñ signaret hoes; d. leones utiq; illus signaret, et audita voce homo devenir remus in cognit leonis: q et positio=ne, et ablatione huius cois voluntatis ponitr, et auferetr denoa=tio extrinseca signationis ad platus in vocibus, sicut et in rebus.

Confirmatr, q si in subterranea specu dq reperiretr statua Mulieris ex ebore fabrefacta, et ones hoes (qt et ad eas videndas confluerent) existi=marent, et mutuo sensu decernerent eas ee Deiparę simulacrus, ss Deiparę simulacro de statuas colerent: q° precise voluntas illa cois hous efficit statuas illas repraře Deiparas; ñ-ñ illas reprae=ret, si hoes in id ñ conspirassent, q sine hac voluntate ignora=batr, an illa statua esset, l. ñ esset Deiparę effigies; et tc ñ esset de nuo Deiparas repraret ex voluntate illa coi hous.

Dr 2° contra impugnationes aruš, quas ĩ retuli: igitr 1°, signatione quia con=sistere in relatione reali à vocibus distcta, et in illis resultan=te ex voluntate hous; q voluntas libera ñ producit illas relatio=nes in vocibus, alias si tullius dq adinvenit voces aliquas, et eas imposuit ad signandus, quoties talis vox modò proferetr, resultabit in illa relatio quę das vera, et realis producta à voluntate Cice=ronis, quę nec realitr existit ubibi, nec ẽ aproximata ad tot re=lationes ubibi producendas, ęnos thomistas aliud dicere, et aliud velle dicere, né mihi persuadeas eos sine serebro loqui.

2° ñ consistit in denominatione extrinseca, quę sit ens rationis, tum q signatio hęc ñ esset aliqd fictitius; tus q (si to denaones extrinsecas intelligas

per rationis, ut Thomistae intelligunt) independenter ab actu intellectus percipitur adaequata ratio significationis in vocibus imo et in rebus ex placito aliquid repraesentantibus, quod hoc praecise quod existat vox, aut res ad repraesentandum imposita, et voluntas communis hominum physice, aut moraliter; duo alia placita a nostra solutione forsan non differunt, et ideo eorum impugnationes praetereo.

Caput 4

Adversariorum impetus enervantur.

Obiicitur 1º si aliqui homines (tres, aut quatuor) vellent imponere vocem sindassur ad significandum parietes pro suo placito, utique significabit parietes: ergo significatio vocum non constituitur per illas voluntates communes hominum.

Respondetur distinguendo antecedens: utique significabit parietes, tanquam signum publicum; nego; tanquam signum seu particulare, concedo.

Signum publicum vocatur, quod tale est a maiori populi parte, civitatis, aut Provinciae, ac per inde generaliter ab omnibus, aut fere omnibus accipitur. Et de hoc est difficultas. Signum particulare appellatur, quod ab uno vel ab aliquibus accipitur. Vox imposita ad significandum a quatuor hominibus esset signum particulare non publicum. Si vero significatio illa postea ex communi consensu serperet, iam foret signum publicum, non quia quatuor homines illud imponere; sed quia reliqui ex communi consensu illud acceptarunt; qui actus acceptandi, licet non sit formalis, est tamen interpretativa, seu virtualis voluntas imponendi vocem ad significandum, nam qui admittit tales significationes, et illa utitur interpretative, sive virtualiter eam voces imponit ad significandum; siquidem nullus homo prudens uteretur voce ad res significandas, si nollet voces illas tales res

significare.

Obijcitur 2º; hæc voluntas, et consequenter sensus respicit rationem formalem signi tanquam suum obiectum: ergo nequit constituere illam rationem formalis signi ad placitum: antecedens probatur, quia hæc voluntas intendit, quod voces taliter, vel taliter significent; sed quod taliter significent est ratio formalis significandi; ergo idem est voluntas intendens significationem formalem in vocibus, et ipsa vocum formalis significatio, siquidem hæc illam constituit: ergo iam voluntas illa se ipsam habebit pro obiecto.

Respondeo: negando antecedens, ad illius probationem concessa maiori, negatur minor, taliter significare est actus 2us significandi, qui est diversus a ratione formali significandi; nam ratio formalis significandi est voluntas illa, quæ respicit directe, et habet pro obiecto actualem significationem, non vero aptitudinem ad significandum. Ratio autem formalis significandi ad placitum constituit aptitudinem, non vero actum 2um significandi: unde voluntas illa non habet pro obiecto rationem formalem significandi, et consequenter nec se ipsam; sed actualem significationem, quæ est quid diversum ab ipsa voluntate, sive a ratione formali significandi.

Explico doctrinam exemplo; dum excuditur moneta, et ex voluntate Principis habet hunc, vel illum valorem, voluntas Principis non respicit tanquam obiectum rationem formalem valoris in moneta, sed actualem illius valorem, sive estimationem inter homines: itaque actus sive voluntas Principis non respicit se ipsam; sed directe respicit actualem monetæ estimationem. Ratio formalis valoris in moneta est voluntas Principis, per quam moneta in actu 1º est tanti, vel tanti estimabilis; quæ differt ab actuali monetæ estimatione, quam voluntas illa habet pro obiecto. Similiter signum ad placitum constituitur in ratione talis per voluntatem illam solam, quæ respicit actualem significationem, non vero aptitudinalem, quæ est ratio formalis significandi, sive ipsa voluntas constituens voces aptas significare

Obiicitr 3º: voluntas illa hominis non semper persistit: ergo non est signatio formalis vocis, aliter existeret constitutum, quin existeret constitutivum, quod est impossibile: Dantes: quod post quam impositae sunt voces, homines e vita discedunt: immo etsi non discedant, saltem actus voluntatis evanescit adhuc persistentibus vocibus eius signatione: ergo. Respondetur discrete antecedens: non persistit moraliter nego; non semper persistit physice concedo. Eo quod voluntas illa non retractetur, persistit moraliter, sive in prudenti hominis iuditio; quod satis est, ut constituat, sive sit ratio formalis signandi.

Similiter quando Paulus irrogat iniurias Petro, dum voluntatem, seu iniurias non retractat, denominatur iniuriator, etiamsi voluntas iniuriandi praeterierit physice. Rursus Pari; etiamsi voluntas iniuriandi praeterierit physice. Rursus si Ioannes peccat appellatur peccator, dum non conteritur de eadem commisso; quia etiamsi voluntas peccandi non persistat physice, persistit moraliter. Demum idem dicendum de voluntate Regis imponentis taxam tritico, et valorem monetae; remanent enim triticum, et moneta, eius estimabilitate, seu valore, quem a voluntate regia acceperunt, etiamsi haec solum moraliter maneat, et non physice.

Caput 5um

Adhuc frangimus adversariorum impetus

Obiicitur 4: si ratio formalis signi ad placitum esset actus voluntatis, qui cognosceret signum, ex vi signi cognosceret tales voluntates; sed non si cognoscitur signum, quia ex vi signi cognoscitur illa voluntas: ergo ea non est ratio formalis signi constitutiva: probatur maior, quia nequit cognosci signum ad placitum, quin cognoscatur id per quod in esse talis constituitur, sicut nequit videri album, quin videatur albedo, quae est ratio formalis per quam constituitur album in esse albi; sed signum ad placitum constituitur per actum illum

voluntatis: go: pr minor primi syllo tm, q audimus qghanc voces Paries, et ex vi illius cognoscimus parietes, q memineriimus voluntatis, quæ hanc vocem imposuit ad significandum parietes, et similiter in aliis innumeris signis quotidie evenit.

Optime monet P. Hur disp 8 logicæ sessa para 19; hoc argum dum ab omnibus solvendum, nam sive signatio formalis signi ad placitum, sit relatio realis, sive sit ens rationis, sive moralitas aliqua, dum audio hanc vocem leo, et ducor ex vi huius signi in cognitionem leonis, et tamen non apprehendo relationem realem, ens rationis, aut moralitatem aliquam. Si vero placito suo respondeant adversarii, ex vi signi cognoscere ipsi id in quo consistunt rationes formales signi: gratis etiam ego asseram me recordare voluntatis illius, quam assigno pro ratione formali signi ad placitum.

Reiectis igitur cum P. re Oviedo 8 log. punct. 2o. no 8 Cuttenantium solutiones Patris Hur, quæ forem falsæ, et Patris Arr, qui adeo dissolvit hoc argumentum disp illa 18 log. no 21, ut potius obtenebret, quam illustret veritatem, distinctione maioris: cognoscerent tales voluntates clare, et distincte, nego: confuse, et indistincte, concedo. Eodem modo distinguenda est minor, et neganda consequentia. Verum, quod neque neat cognosci constitutum, quin cognoscantur constitutiva, saltem confuse; debent necessario cognosci clare, et quidditative.

Exemplum de albo parum urget: igitur in rigore loquimur: dum oculi cernunt album, et vident tantum albedinem, quæ est in subiecto, et quia est in subiecto illud denominat album. Ratio est, quia illa albedo, ut potest color in concreto est obiectum visus: non vero materiale, seu subiectum albedinis; nam subiectum albedinis secundum se sumptum non habet rationem colorati. Unde qui videt album videt solam albedinem, non præcise, quia est ratio formalis dealbandi; sed quia est

obtus narium risus. At possumus cognere signum ad placitum olim immemores voluntatis, quae illi fuit signationem impertita: id suadent plura exempla.

Venisto homo agrestis cum emit equum, sat esse Dominum illius, et penitus ignorat in quo consistat ratio Domini, quae est ratio formalis, ut ipse sit Dominus equi. 2o cognit rusticus se matrimonium contraxisse, et tamen non recordatur mutui consensus, qui est formalis ratio huiusce matrimonialis contractus. 3o videt aliquis taurum esse animal, et Cervum esse animal, et tamen non sit illorum constitutiva imo si de illis interrogetur, rationes nullas reddet. 4o plures res, quae quidditatives, et distincte, id est ipse cognimus quotidie, quarum quidditatum adeo ignari solent esse hoes, ut etiam interrogati omnino eas repente explicent. Igitur nil mirum si inspiciamus aut percipiamus signa ad placitum, quin voluntatis imponentis recordemur, nisi Confuse.

At sane falsissimum est asserere, pueros linguam aliquam adiscentes scire eius vocum signatione, voluntatem illius, qui voces ad signandum imposuit. Si Magistri, et linguarum periti, imo, et pueri grandiores effecti, id ignorant, quomodo scient pueri, qui linguae rudimentis desudant? Vix reperietur unus, qui litteris scholasticis nisit deditus, et hunc voluntatis actum agnoscat.

Obiicitur 1o: voluntas Regis sive legislatoris satis est ad constituendam rationem formalem signationis: ergo non requiritur voluntas et consensus plurium hominum. Antecedens probatur, quia si Rex imperet hanc vocem fiordapsus signare Leones, utique Leones signabit, et ea audita omnes devenient in cognitionem Leonis. Confirmatur, quia ex sola Regis voluntate dimanat publica, et communis monetae, et aliarum rerum estimatio: ergo et vocum signatio frac

gralis.

Resp. negando ant. de signo publico, et illud concedendo de signo privato: verum est, quod Rex, seu quivis alius homo, potest voces, aut res destinare ad aliquid repraesentandum; sed tunc esset signum particulare, non publicum, de quo loquimur. Et enim imposita voce ad significandum ex voluntate regia v.g., si reliqui homines consentiunt, sic non? si tum iam ex voluntate, et consensu omnium hominum habebit id significare. Si tamen non erit signum publicum; sed solo particulare, quia non repraesentat, nisi alicui. Igitur si quis, pro suo placito voces ad significandum imponeret, magna sane occurreret in Republica confusio, quae non occurrit, quando signum repraesentat ex voluntate omnium, aut fere omnium.

Ad confirmationes concedendo ant., et negando conseq. Ratio est, quia ad caput regni, seu Reipublicae pertinet pretium, valores, et taxas rebus imponere, non vero pertinet significatio rei, aut vocis. Unde dum aliquando papae eruuntur [illegible] et veras alicuius vocis significationes, nullus recurrit ad Regis voluntatem; sed ad communem usum plurium voluntate inceptum, firmatum, et stabilitum, quod in Latino idiomate clarius inspicitur. Si vero Rex leges publicaret, pro alicuius vocis significatione, id solo deserviret, ut facilius ea significatio induceretur; casu quo communis voluntas, et consensus Reipublicae annueret, secus, si repugnaret.

Obiicitur 6o. Significatio formalis signi ad placitum constituitur per denominationem extrinsecam provenientem ab actu voluntatis: ergo non per ipsum actum voluntatis: prob. cons., quia actus voluntatis, et denominatio extrinseca distinguuntur; actus non voluntatis est quid reale denominatio extrinseca quid rationis: ergo. Resp., concesso ant., negando cons.: ad illius probationem negatur assumptum: actus non voluntatis

et denoatio signationis ad placitum non differunt; quia signatio formalis nil aliud est, quam voluntas illa, et consensus communis hominum. dicitur denoatio extrinseca, quia actus voluntatis, qui est forma huius denoationis, est extrinsecus voci, quae ut quae significativa ad placitum denominatur.

Respondetur concesso antecedenti distinguendo consequens: si afficiatur signo demonstrativo eandem significat eius inaequalitate; nego; eandem naturam significat; sed singularitatem; concedo. signum illud demonstrativum non significat naturam similem, ut unalem, sed ut est in hoc individuo. Unde quamvis non significet diversam naturam, ac significabat vox homo sine signo demonstrativo; cum signo demonstrativo vox homo significat eandem omnino; sed diverso modo, nempe singularicatam. Adverbium namque illud demonstrativum est nota restrictionis. Ad confirmationem responsio concessa maiori, negando minorem; quia vox leo significat rationem animalis non secundum se, et ut comunicabilem pluribus; sed ut singularicatam, et contractam a leone. Ratio animalis, ut singularicata non est comunis, nec de pluribus praedicabilis.

Obiicies 5º: si vox aliqua esset terminus singularis maxime haec vox individuum; sed haec non est terminus singularis: ergo non datur terminus singularis. probatur minor, quia vox individuum significat aliquid comune huic individuo, et illi individuo: ergo Respondetur negando maiorem: vox individuum est terminus comunis, quia significat aliquid comune pluribus, nempe rationem comunem individui. An haec detur, et in quo consistat dicemus in Metaphysica; quando vero dicitur hoc individuum singularicatur ratio individui, et tamen vox illa est terminus singularis, ut de voce homo pa

paulo antea dicebam.

Obiicies 6°: haec vox individua, nec est cõis, nec sing.lis: ergo male divisimus term. in cões, et sing.les: probatur, non est cõis, quia significat plura: non est sing.lis, quia non significat unum sing.le: ergo. Confirmatur; vox Petrus significat Petrum in pueritia, in iuventute, in aetate virili, et in senecta; sed non est idem in senecta, ac in pueritia, cum plures partes materiae perdiderit, et novas adquisierit: ergo vox Petrus non est term. singularis, cum significet res diversas.

Resp. negando ant.: ad probationem resp. quod vox individua non significat aliquid cõe pluribus, sed plura singularia; sicut etiam voces in n° plurali significant plura, et non unum. Ideo vox individua est term. sing.lis: sicut vox Petrus licet significet modos, partes, et uniones, quia tamen non significat aliquid cõe pluribus est term. sing.lis. Ad confirmationem necessario distinguo maiorem: non est idem moraliter, nego; physice, concedo. Similiter flumen semper eodem nõe vocatur, quia moraliter idem est, quamvis physice sit diversum, cum aquae continuo praeterfluant: sic dic vocem Petrus significare Petrum, quando ipsa profertur, licet antea, vel postea, Petrus diversus sit, vel fuerit.

Caput 4

An haec vox Deus sit term. cõis, vel sing.lis?

Delusa Gentilium stoliditas plurium deorum turbas superstitiose veneratas, caeteris Iovi, Mercurio, Marti, et aliis fabulosi gregis mentitam exhibuit divinitatem. Unde inter Gentiles haec vox Deus erat term. cõis, cum significaret Deitatem cõem pluribus, et in illis multiplicabilem. Sed tam deliriis cerebri omissis, in acceptione christiana, et catholica huius vocis Deus sciscitamur; an sit term. cõis, vel sing.lis? Certum est ex fide unicum esse Deum, in quo infinita Deitas, quae tribus divinis personis cõicatur, quin in illis multiplicetur.

Dim nobis e: hæc vox Deus e pure trus cois. Ita plures RRi, 1a Prosfur sesse 6a, et PrAuri sesse 8a no 15: pro, q trus cois in nostra doctra e vox, quæ signat ita pluribus coes, ut tota de illis affrantr, et trus veritate posit prari: go e trus cois: Prminor; q vox Deus signat nas divinas, sive Deitates, quæ cois e Patri, Filio, et spiritui sancto, cus qq realitr identificatr, et deqq affrantr, et tus veritate prætr. Dicimus nr Pater e Deus: Filius e Deus: Spiritus sanctus e Deus: go vox Deus e trus cois.

Obiicies 1o: natura divina no e multiplicabilis in pluribus: go no e trus cois. Patet coa, q de raone trus cois e, et ee coes pluribus, et ee in illis multiplicabiles, ut patet in voce aial, quæ e trus cois. Retr. ceso anti negando coas; ad illius probuones nego ahs. trus cois, quá præcisse talis e, so postulat signare res coes pluribus, no vo qd talis res sit in illis multiplicabilis. Posse nr multiplicari in pluribus p accidens e raoni ecdi trus cois. In hoc discriminantr trus pure cois, et trus superior: nas ille so petit signare res coes pluribus; iste vo signare res, et coes, et multiplicabiles in pluribus. Vox aial et e trus cois, et superior. Quá præcisse signant. ceses coes pluribus, e trus cois: quá addit ee etias multiplicabiles in pluribus, e trus superior.

Obiicies 2o: Vox, quæ signat res in se oio indivisas e trus sulis; d vox Deus signat nas divinas in se oio indivisas: go e trus sulis. Retr. so distinctione maris: e trus sulis, hoc e no univlis, cocedo; no cois, nego; similitr distingue mores: vox Deus signat nas divinas in se oio indivisas; ide no univales, cedo; ide no coes, nego. Si st res pluribus p reales identitates coicetr, no e dicenda sulis; d cois. Retr. 2o; distinguendo alitr mares: vox, quæ signat res oio indivisas, et non coicabiles, e trus sulis; cedo; oio indivisas; d con-

coicabiles, nego. Eadem distinctione minor distinguenda. Quo tota argumentis elanguet.

Obicies 3°: ideo vox Deus dicetur transcendentalis, quia formale illius significatum multiplicatur licet non multiplicetur supposita: 3° e contra si multiplicentur supposita, non vero formale significatum vocis erit transcendentalis. Antecedens patet, quia si in eodem supposito multiplicentur albedines, vox albedo erit transcendentalis. Respondetur parum, licet nihil urgere hoc argumentum in quo modernorum cuiusdam tota tota ingenii vis scintillat. Respondeo negando antecedens. Etenim transcendentalis non petit nomen significatum coicari pluribus, non vero multiplicari, quia hoc est proprium termini superioris, seu universalis; natura divina non est universalis, nec ex qualibet hoc non est insignita. Est tamen coicabilis, quia pluribus coicatur. Confirmatio debilis est; in illa suppositione vox albedo esset transcendentalis, et aequivocum, cum significaret plures albedines, non ut unam, sed ut distinctas; et neutra ex illis posset de supposito in recto, et cum veritate praedicari.

Obicies 4: S. Thomas, qui in 1° dist. 4ª quaest. 1ª articulo 2° ait: Dicendum, quod hoc nomen Deus proprie loquendo, nec est universale, nec singulare; sed habet aliquid de ratione universalis secundum quod praedicatur de pluribus suppositis. Habet autem de ratione singularis hoc, quod non multiplicetur ad multitudinem suppositorum. Idem fere repetit 1ª parte quaest. 13ª art. 11. Confirmatur ex psalmo 80 ubi dicitur: ego Dii estis vos, et filii excelsi omnes. Ergo.

Respondetur D. Thomam non asserere nomen Deus nec esse universale, nec singulare, quod nos non negamus, cum quia diximus non esse transcendentalem superiorem, sive universalem, nec esse transcendentalem singularem; sed inter universales, et singulares, dari transcendentalem coicabilem, cuius rationem sortitur vox Deus. Quod ipsum non intendit D. Thomas, in aliis testimoniis quae afferri possent. Ad confirmationem dicendum est, voces Deus non accipi proprie ibi; sed per participationem, ut omnes Sacrae Paginae inter

inter ipsos res notanda. Unde idem est dicere: ego dixi dii estis; ac dicere: ego dixi iudices estis vos potestates habentes.

Disputatio II

Multifariam adhuc discinditur terminus

Caput Im

De termino transcendenti, non transcendenti et supertranscendenti: positivo, et non positivo: finito, et infinito.

Terminus transcendens est qui significat, quod de omni ente vero, et reali praedicari potest cum veritate. Dicitur transcendens, quia omnia entia realia pervagatur, eorumque ultimas differentias penetrat, et transcendit. Tales sunt hae voces: res, ens, verum, bonum, aliquid, unum, quarum litteris initialibus, si in unam dictionem catenentur, haec barbara resultat dictio: Reubau, praedicta, quae sex illae dictiones significant quod visere, verum, et reale natio comitantur.

Terminus non transcendens est, qui de aliquo, vel aliquibus entibus veris, aut fictis praedicari potest cum veritate. Ut equus, Paulus, substantia, Antichristus. Terminus supratranscendens appellatur, qui de omni ente tum vero, tum ficto, aut et cogitabili praedicari potest cum veritate. Ut cognoscibile, intelligibile, imaginabile. Ideo nominatur supratranscendens, quia omnia entia creata, aut divina, positiva, aut negativa: vera, aut ficta, seu tantum imaginabilia vagatur, et transcendit.

Advertendum est de illis sex dictioni

bus, posse et trahi sex abstracta, realitas, entitas, veritas, bonitas, dictio, unitas, quarum quaelibet potest dici de omni ente vero, et reali, saltem in sublcentico V. g. Petrus est entitas, hoc est Petrus est habens entitatem. Advertendo disiunctivum et duplici contradictoria est A. non est. ē terminus supra transcendentes, quia de quovis ente intelligibili, vero, et ficto potest praedicari, ut notavit Vera lectio 19 de terminis. Unde potest dici: Deus est, A. non est chymaera.

Adverte 3o, quod si vocibus significantibus omne ens fictum, aut impossibile, ut fictum, impossibile praefigatur particula non, infinitantur necessario reddentur termini transcendentes: quia, quod non fictum, non impossibile potest praedicari de quovis ente vero, et reali. Si vero vox aliquid ens fictum, aut impossibile in particulari significet V. g. non Hypocentaurus, etiam erit terminus transcendens; id latius patens, quam illi non fictum, non impossibile; quia hi termini excludunt omne fictum, et omne impossibile, et solo de veris, et realibus possunt praedicari, iste vero non Hypocentaurus solo excludit Hypocentaurum, et de aliis fictis, et impossibilibus praedicari potest. Adhuc tamen non erit terminus supra transcendens, quia non negat per omnia entia vera, ficta, impossibilia, et cogitabilia. Poterit tamen dici terminus supra transcendens imperfecte, quatenus ab adaequato termini supra transcendentis significato, et excludit significatum illius termini finiti, Hypocentaurus.

Adverte 4: quod non vox significans ens aliquid reale infinitatum reddetur terminus non transcendens: quia in hac voce Petrus V. g. qui est terminus finitus, si infinitatur non Petrus non poterit dici de Petro, ac proinde, nec de omni ente vero, et reali; siquidem excludit Petrus licet admittat inde trahe omne ens verum, et reale distinctum a Petro; ex his colliges, quod quando termini finiti sunt universaliores, si infinitentur, reddentur magis limitati; et vice versa, quo magis limitati sint, quando finiti; universaliores fiunt, si infinitantur.

Terminus deinde secatur in positivum, et non positivum. Terminus positivus, sive affirmativus est, qui significat res positivas V.g. homo: non positivus, sive negativus est qui significat non esse rei positivae V.g. nihil, carentia entis. Hic terminus non positivus ulterius dividitur in terminum pure negativum, et privativum. Pure negativus est, qui significat non esse formae, vel absolute, vel cum subiecti incapacis illas recipiendi, ut non homo, qui significat absolute negationes hominis. Non intelligens, qui significat ~~non esse formae cum subiecti capacis~~ carentias intellectionis cum equi, qui incapax est illas habendi. Privativus est, qui significat non esse formae cum subiecti capacis illas recipiendi. Ut non visus cum hominis caeci, qui tamen capax est recipiendi visus. Terminus pure negativus appellatur negatio. privativus vocatur carentia, seu privatio; uterque terminus iam in abstracto, iam in concreto significari solet. V.g. Caecitas, caecus: non visio non videns.

Ulterius dividitur terminus in finitum, et in infinitum. Terminus finitus est, qui non afficitur particula non infinitanter accepta. Ut homo. Terminus infinitus est, qui afficitur particula non infinitanter accepta. Ut non equus. Appellantur huiusmodi infiniti, quia excluso proprio significato per particulam non infinitanter sumptam, late et indeterminate, quasi infinitum extenduntur. Idcirco possumus dicere Deus est non equus, homo est non equus, chimaera est non equus. Ratio est, quia in illo termino infinito non equus, isto excluso equo per particulam non infinitanter acceptam, potest admitti quaevis significatio vera, vel ficta, positiva, vel negativa, quae cum omnia reperiuntur indeterminate, idem est dicere, non equus, ac dicere, aliquid distinctum ab equo.

Ut haec doctrina facilius calleatur, scire oportet duplicem posse sumi particulam, 1° infinitanter, 2° non infinitanter, sive negantur. Sumitur infinitanter quando particula non excludit vocis, quas afficit

pp prius signatum, et aliud admittit esse, et indeterminate. Vg non leo si particula non sumitur infinitanter idem est dicere non leo, ac dicere aliquid distinctum a leone. Tum sumitur non infinitanter, sive negante quando particula non excludit vocis, quam afficit pp prius signatum, et aliud non admittit etiam esse. Sumpta non particula non negante, idem est dicere non equus, ac dicere negatio equi. Ideo quando particula non sumitur negante solet a Dialecticis vocari malignantis naturae, quia destruit quidquid esse invenit, non quia aliud admittat.

Nota hanc doctrinam
Liquet in his propositionibus Vg non equus currit, si particula non sumitur infinitanter aequivalet huic: aliquid distinctum ab equo currit; unde propositio evadit affirmativa, et vera. Si vero particula non sumatur negante, aequivalet huic: negatio equi currit, quae evadit affirmativa, et falsa, quia falsum est negationem equi currere. Etenim casu praedicto, negatio illa solum negat equum non vero copulam currit, nam particula non negante sumpta, non trahitur ad copulam; sed ad negandum terminum, quem efficit.

Si vero copulam negaret idem esset dicere: non equus currit, ac dicere: equus non currit, quae est propositio negativa, et vera; sed hic non loquimur de particula non, quae neget copulam; sed de particula non, quae neget terminum, quem efficit. Ex quo deduces tum esse propositiones affirmativas, quando manet copula affirmativa, licet negentur extrema, sive negatione afficiantur, ut Petrus est non Deus: tum vero esse propositiones negativas, quando negatur copula, quamvis extrema maneant affirmativa, ut equus non est homo.

Caput 2m

aliquot difficultates circa terminum finitum et infinitum breviter decidu[n]tur

Plures hic difficultates levi calamo enodandæ. Prima sit, qd nam sit constitutivum in recto termini infiniti? qd qd alii asserverint opinor, terminum infinitum constitui in recto per separationem obiecti in detractu, et in obliquo per obtum ipsius separationis, et exclusionem rei detractæ; probatur, quia hic terminus infinitus v.g. non leo est et terminus separans aliqd discretum a leone: qui affert in recto separationem ipsam, et in obliquo obtum, et exclusionem leonis: probatur cons., quia id tantum affert ab aliquo in recto, qd de illo in nominandi casu potest prædicari; sed de hoc termino infinito non leo, tantum potest in nominandi casu prædicari, qd sit separatio, non vero, qd sit obtum separatum, aut exclusio rei detractæ: ergo sola separatio affert in recto.

Hæc de termino ipso infinito, designato autem illius obiecto, qd constituitur in recto per aliqd indetractum, et in obliquo per exclusionem rei detractæ; probatur, quia significatum termini infiniti v.g. non leo signatum est aliqd discretum a leone, sive aliqd habens negationem leonis. Lex affert aliqd indetractum in recto, et exclusio, vel negatio leonis in obliquo.

Secunda sit: an vox ista discretum ab equo, quæ sit terminus infinitus? Resp. negative; quia iste terminus discretum ab equo non afficitur particula non infinitante accepta, ut in definitione termini infiniti postulatur: sed dices: hæ duo voces, non equus, discretum ab equo mutuo se æquivalent; sed non equus est terminus infinitus: ergo et discretum ab equus. Resp. concessis mai., et mi., negando cons.; nam licet hic terminus non equus signet idem, ac iste, discretum ab equo, et in signato se æquivaleant; adhuc non equus est terminus infinitus, quia afficitur particula non infinitante accepta: non vero discretum ab equo, quia illa non afficiatur. Nec satis est æquivalentia, nam homo æquivalet his vocibus animal rationale; et adhuc non dicitur terminus complexus, quia non est duplex vox, ut requiritur ad terminum complexum.

Tertia

sit: an terminus infinitus, si equus sit terminus complexus, vel incomplexus? Resp. cum D. Thoma lib. 1° Perihier lectione 4ª: terminum infinitum non esse terminum complexum; sed incomplexum; probatur, nam terminus complexus est extremum ex terminis coalescens, quorum quilibet idem semper habet significatum; sed haec definitio non competit termino infinito: ergo. Probatur minor, quia vox equus aliud significat, quando coniungitur cum particula non infinitanter accepta, et aliud quando ab illa separatur: coniuncta significat aliquid distinctum ab equino: separata significat naturam equinam: et enim huic termino infinito non equus aequivalenter correspondet pro significato aliquid distinctum ab equino.

Dices: idem valet nullus, ac particula non; sed nullus cum voce equus constituit terminum complexum: ergo et non cum voce equus terminum complexum constituet. Resp. negando maiorem; quia vox nullus significat universalitatem, sive distributionem negativam supra significatum vocis equus; ac proinde solum facit, quod significatum vocis equus negative distribuatur. Non vero et vi vocis nullus, vox equus significat aliquid distinctum ab equino, ut significat particula non infinitanter accepta, et unita cum voce equus. Deinde, si nullus esset idem ac particula non infinitanter accepta valeret: nullus equus deambulat: ergo aliquid distinctum ab equo deambulat: sicut valet haec: non equus deambulat: ergo aliquid distinctum ab equo deambulat.

Quaeritur, quo pacto resolvenda est propositio de subiecto infinito? v.g. haec: non Angelus est homo? propugnant communiter resolvendam esse in propositionem copulatam, quae ex negativa, et affirmativa coalescat v.g. Angelus non est homo, et aliquid distinctum ab Angelo est homo. Nunquam mihi arriserit haec doctrina, quam ita impugno. Quia si sic resolveretur, in eadem propositione particula non sumeretur, et negante, et infinitante; sed hoc nequit dici: ergo nec quod propositio de subiecto infinito resolvatur in copulatam ex negativa, et affirmativa coalitam.

Probatur sequela, quia tunc particula non sumitur negante, quando

negat aliquid pravum designato vocis, cui ipsa praefigitur, afficiendo,
et negando copulam enuntiationis: tunc sumitur infinitanter, quando
nihil excludit designatum significatum vocis, cui praefigitur, et admittit ali-
quid indetractum; sed in eadem propositione affertur particula non duplici modo
praedicto, si in propositam resolvatur: ergo affertur et negante, et infinit-
anter: probatur haec ultima minor; quia haec propositio non Angelus est homo sunt
ad versarios idem est, ac haec; Angelus non est homo, et aliquid discretum ab
Angelo est homo. Ergo in simplici negativa affertur particula non negante,
et in affirmativa affertur infinitanter.

Confirmo 1º: quia nequit in propositione
negari aliquid designato subiecti, si subiectum non habeat significatum, ut mi-
hi est evidens, nam si haec vox Petrus nullum haberet significatum non pos-
semus dicere Petrus non est Antichristus, nisi supponamus non esse Petrum:
ergo in propositione de subiecto infinito nequit negari aliquid designato subiecti.
Patet, quia particula praefixa subiecto particula non infinitanter accepta excludit
significatum talis subiecti: ergo de illo nequit aliquid negari, quia non habet
significatum, quod excludit, aliter non infinitaretur.

Respondent forsan ad-
versarii non formaliter, sed virtualiter duntaxat negari pravum designato
termini finiti, nam qui asserit aliquid discretum ab Angelo est homo, quamvis
formaliter non dicat, Angelus non est homo, ut est evidens virtualiter enun-
tiat Angelum non esse hominem: Sed contra est, quia in hac duplici propositione: Angelus
non est homo, et aliquid discretum ab Angelo est homo subiecta sunt diversa:
ergo non quod de uno affirmatur, vel negatur, debet de altero affirmari, vel nega-
ri: patet consequentia, quia aliàs non essent duo, sed unum subiectum. Et enim haec
propositio: non Angelus est homo, vel dicit: aliquid discretum ab Angelo est homo,
quod absit, vel Angelus sit homo, vel non sit homo; hoc non per accidens est solo
propositioni illi de subiecto infinito: ergo nec virtualiter negatur pravum
designato termini finiti. Quaeritur: unde dignoscendum quan

do parta non sumatur infinitanter, quando negantur? Dico id pendere ex placito proferentis propositiones, aliquando praefixa subiecto, et aliquando praefixa praedicato, sumitur infinitanter, ut patet in his: non Petrus est leo; equus est non homo. Si vero praefigatur copulae, ut in hac equus non currit, sic negat copulam, ut talem, et aequivalet huic: equus non est currens, et sic non sumitur infinitanter, quia totum excludit significatum copulae, et non admittit aliud in se contractum; vel non negat copulam; sed praedicatum imbibitum in copula, et aequivalet huic, equus est non currens, et sic sumitur infinitanter. Aliquando praefigitur subiecto, aut praedicato negantur sumpta v.g. non Petrus currit, et tunc haec propositio isti aequivalet: negatio Petri currit.

Caput 9um

Quot modi sint arguendi per infinitum, et infinitum.

Possumus arguere 1o a propositione negativa de praedicato finito ad affirmativas de praedicato infinito (alii dicunt a termino finito negato ad terminum infinitum affirmatum) v.g. equus non est leo: ergo equus est non leo: patet, quia si equus est aliquid, quod non est leo, necessario debet esse aliquid distinctum a leone. Prima propositio est negativa de praedicato finito, et 2a affirmativa de praedicato infinito.

Possumus arguere 2o e converso a propositione affirmativa de praedicato infinito, ad propositiones negativas de praedicato finito (alii dicunt a termino infinito affirmato ad terminum finitum negatum) dummodo pro eodem tempore utraque propositio loquatur, si sit contingentia, secus si necessaria v.g. Paulus in instanti A est non iustus: ergo Paulus in instanti A non est iustus. Probatur, quia nequit Paulo convenire pro eodem instanti iustitia, et iniustitia; secus pro diversis. In 1a propositio est affirmativa de praedicato infinito; 2a vero est negativa de praedicato finito, et valet a prima ad 2am, quia cum sint

Contingentes, loquitur de eodem tempore indivisi. Si vero non loqueretur de eodem tempore indivisi non valeret consequentia; ut in hac v.g.: Petrus hodie est non currens: ergo Petrus hodie non est currens. Si Petrus hodie in aliquo instanti se capit a cursu, verificatur, quod sit aliquid distinctum a currente; quod nequit inferri consequentia propositio, nam ad sui veritatem deposcit, quod Petrus hodie nullo instanti cucurrerit. Ast si propositiones sint natura non reperiuntur, quod sint eodem indivisi tempore verificentur, ut valeat argumentatio ab affirmativa de praedicato infinito ad negativam de eodem praedicato finito v.g. Paulus est non equus: ergo Paulus non est equus. Quae omni tempore sunt verae, et ex prima infertur consequentia; nam eo precise, quod Paulus sit aliquid distinctum ab equus, non poterit esse equus, alias illi convenirent duo praedicata inter se omnino incompatibilia.

Possumus arguere Tertio a propositione affirmativa de praedicato finito ad negativam de eodem praedicato infinito (alii dicunt a termino finito affirmato, ad terminum infinitum negatum) pro eodem indivisi tempore, secus pro diversis v.g. Paulus in instanti A est currens: ergo Paulus in instanti A non est non currens: quia nequit verificari in eodem instanti de Paulo cursus et non cursus, non valet haec arguatio pro diverso tempore v.g. Paulus crastina die erit currens: ergo Paulus crastina die non erit non currens, quia si cras pro uno solo instanti currat erit vera propositio, et consequentia falsa, nam haec consequentia flagitat ad sui veritatem, quod crastina die pro omni instanti currat.

Hic animadverte non valere argumentationem a propositione affirmativa de subiecto infinito, ad negativam de eodem subiecto finito: probatur, quia nullatenus possumus dicere, non equus currit: ergo equus non currit; tantum in qualibet propositione dari diversum subiectum: ac proinde ex eo, quod affirmetur, aut negetur unum, non infertur debere negari, aut affirmari alterum: tenens non equus est res diversa ab equo: equus est natura equi; ... res diversa ab equo est creatura equi differunt inter se: ergo

non valet ab affirmatione, vel negatione unius ad affirmationem, vel negationem alterius. Deinde non valet e converso à negativa de subiecto finito ad affirmativam de subiecto infinito v. g. equus non currit: ergo non equus currit, quia ex eo quod equus non currat non infertur, quod aliquid distinctum ab equo currat, nam nec equus, nec aliud ens distinctum ab equo currere infertur.

Dices: in terminis necessariis bene valet praedicta argumentatio v. g. non Petrus est ginnibilis: ergo Petrus non est ginnibilis: quia si aliquid distinctum à Petro non est ginnibile, Petrus non erit ginnibilis, si erit aliquid distinctum à seipso. Deinde e converso etiam: Deus non est homo: ergo non Deus est homo; propter eandem rationem: ergo absolute legitima erit haec argumentatio, quamvis in contingentibus non valeat. Respondetur, hanc argumentationem non esse rectam, alias in quavis materia valeret et vigoraret. Quod autem valeat in terminis necessariis provenit à materia necessaria: non vero à forma argumentationis, de qua solum est sermo.

Caput 4m

de termino concreto, et abstracto: quidditativo, et denominativo: denominato, et denominante: connotativo, et absoluto

Alterius divisio dicitur terminus in concretum, et abstractum. Concretum dicitur, qui significat per modum habentis, et rei habitae v. g. homo, qui significat habentem humanitatem. Abstractum dicitur, qui significat per modum rei habitae v. g. albedo, humanitas. Triplici modo potest esse concretum 1º ita ut forma à subiecto realiter dividatur, ut album, 2º ita ut forma sola ratione secernatur à subiecto, ut Deus, 3º, ita ut forma nec realiter, nec ratione, sed solo ex modo significandi, differat à subiecto, ut ens, et entitas, quae solum penes modum discriminantur. Haec concreta possunt concreta logica appellari, quia ab abstractis solum ratione dividuntur non realiter. Dividunt alii nostros, in ul

ultimus, et non ultimus. Concretus ultimus dicitur, qui nequit esse abstractus, ut albus. Non ultimus, qui potest esse abstractus, ut albedo, quae sicut albi est abstractus; sic albedinitatis est concretus. Deinde abstractus ultimus dicitur, qui sicut alius non potest esse concretus, ut albedinitas. Non ultimus, qui sicut alterius potest esse concretus, ut albedo quae est concretus sic albedinitatis, et idem est, ac habens albedinitatem. Sane certum est unum concretum posse esse formam sicut alterius.

Sed hic nota 1°: nomina substantiva, alia esse solum concreta, ut homo, Deus: alia sunt concreta, et abstracta sicut diversorum, ut calor, albedo. Calor enim sicut calidi est abstractum; sicut vero caliditatis est concretus, quia idem est calor, ac habens caliditatem; nomina vero adiectiva solum possunt esse concreta, ut albus, nigrum; patet, quia adiectiva significant absque dubio formam (communiter loquendo) ut adiacentem alteri, ac proinde per modum concreti.

Nota 2°: non requiri veram, et physicam formam in habente concretum; sed quod explicetur per modum formae, ut patet in his, Deus, et Deitas: homo, et humanitas: 3°, non requiri abstractum, seu formam proprie, et vere esse in habente; sed quod explicetur per modum rei habitae, ut caecus, et caecitas: caecitas non est forma, quae proprie insit subiecto; sed explicatur per modum rei habitae. Ratio est, quia cum caecitas sit negatio non potest proprie, et vere esse, ac proinde nec proprie esse in subiecto, et ab illo haberi.

Deinde terminus concretus, subdividitur in quidditativum, et denominativum: quidditativus est qui omnes formalitates significat in recto v.g. vox Paulus, quae significat in recto naturam, formam, et unionem: Denominativus est, qui significat unam formalitatem in recto, et aliam in obliquo v.g. dulce, seu habens dulcedinem. Desudant Auctores quid sit afferre in explicando unum in recto, et quid afferri in obliquo. Opinor igitur cum Arriaga, et aliis ingeniosis Recentioribus: afferri unum in recto nihil aliud esse, quam posse praedicari in nominandi casu: unde eas formalitates affert concretus in recto, quae possint praedicari

in nominandi casu, posito concreto et parte subiecti, v.g. quando dicimus cum veritate Petrus est homo, Petrus est frater (saltem in adequate) ideo concretum Petrus affert in recto utramque partem. Afferri unam in obliquo est non posse predicari in nominandi casu, posito concreto et parte subiecti, v.g. quando dicimus cum veritate: albus est habens albedinem, non vero dicimus cum veritate albus est albedo, infertur habens afferri in recto albedinem vero in obliquo.

Ex hac doctrina, quod vertitur III designatur a Thomistis ad notandam identitatem inter rectum subiecti, et rectum predicati, quare toties propositio affirmativa evadit vera, quoties recta idem sint realiter, et toties evadet falsa, quoties recta non fuerint idem realiter v.g. hec est vera Petrus est albus, quod predicatur de Petro habens albedinem, quod habens identificatur cum Petro: hec vero est falsa Petrus est albedo, quod albedo dividetur realiter a Petro, ac proinde nequit de illo in recto cum veritate predicari.

Ex dictis colliges: a parte rei non reperiri rectum, et obliquum: neque hanc concreti quidditativi, et denominativi diversitatem: sed, quia a parte rei tot plantis partes concreti, tot identatem, tot realiter distinctas: ad dignoscendam vero hanc identitatem partium, et earundem distinctionem reales formamus propositiones, que vere sunt, si una pars ex modo significandi potest de alia dici in recto, et false, si una pars nequit de alia in recto dici. ideo colligimus rectum concreti albus identificari cum Petro, quia hec est vera: Petrus est habens albedinem, et ideo obliquum concreti albus realiter distingui a Petro, quia hec est falsa: Petrus est albedo; idem de his aliis [illegible].

Alterius secatur terminus, in denominantem, et denominatum: ille est qui alteri prebet denominationem, seu nomen: iste est, qui ab alia accipit denominationem, seu nomen v.g. vox gratia est terminus denominans, quia alteri tribuit denominationem grati: ast gratus

ê trus denoiatus, q a gratia hanc denoationes nanciscitr; unde in ₰cretis denoiativis, ista ê trus denoians, et subtus ê trus denotatus, ut cognitus, albus; haben dicitr cognitus a cogne, et albus ab albe- dine, que n sunt horus ₰cretorus. Advertere oportet 1o, has no men- clationes tri denoantis, et denoiati, n attendendas ee s.m gram- maticas; sd s.m Dialoticorus acceptiones: inter Grammit. ei n vox gratia exempli ca derivatr a genitivo grati; sd aliter evenit inter Dia- lecticos, qui attendunt voces s.m rerus naturas; s.m quas prius debebat imponi vox gratia ad signandas gratias, que nos (tanquas ca frati) denoinaret gratos, qm ad denoinandus subtus, qd e gratias infrati, et denominatr.

Advertere oportet 2o: ad ut trus aliquis appelletr denoinatus, debet habere aliquas afinitates, aut silitudines in ipso vocis sono cus tro denoinante, ut justus rne justitie, sapiens rne sapientie: ideo pareo n appellatr trus denoatus rne vocis obedientia, q lz habeant cognationes, et silitudines in re sig- nata, n tn in sono vocis. Advertere oportet 3: eundes trus posse ee denoantes, et denoatus rne divertorus, ut rubeus rne rubore ê denoatus, et rne vocis rubicundus ê denoans.

Advertere opor- tet 4: n ones trus ₰cretus ee denoinatus; nec ones trus abstractus ee denoinantes; ppr, q vox mitis ê trus ₰cretus, nas idem ê ac habens mansuetudines, n vo denoinatr a mansuetudine; q cus illa n habet silitudines in sono vocis. Deinde mansuetudo ê trus abstractus rne mitis, n vo ê denoans propter eandes raones. 5o etias n ois trus denoiatus ê ₰cretus, nec ois trus denoans ê abstractus, pr q vox Roma ê trus denoiatus a voce Romulus n tn ratione illius ê trus ₰cretus; et vox Romulus ê denoians rne vocis Roma, n tn rne illius ê trus abstractus.

insuper alius ē trus ablutus, et alius connotatus; in hor ... platione discident Pr. Fonseca, et Pr. Hurt; d. ni fallor eatenus se impugnant, quatus de diversis tris loquuntur. Itenim hi tri, l possunt attendi s.m modum signandi, l et p.te obti. s.m quas Dsiderationes duplex ē trus ablutus, et duplex trus connotativus. Trus ablutus ex p.te obti ē, qui signat res, ut independentes ab alio Vg ens subsistens, Paulus; voces hę signant sua obta, ut independentia ab aliis. Trus connotativus ex p.te obti ē qui signat res, ut dependentes ab alio Vg Pater, nam Pater, ut signatur ab ista voce Pater pendet à filio, et ad illum dicit ordinem.

Trus ablutus ex modo signandi ē, qui n pendet ab alio in modo signandi, ut vox Pater causa, Dominus. Trus connotativus ex modo signandi ē, qui pendet ab alio in modo signandi, ut iustus, albus; quę voces ex modo signandi pendent ab alio tro, ut cum illo sit signent. Nec obstat 1o, hęas voces, Pater, causa, Dominus, et siles ēe tros connotos ex p.te obti, et ablutos ex modo signandi, q eadem vox sub diversa ratione potest diversas trorum species sortiri. Nec obstat 2o, q.d res signata p trum ablutum ex modo signandi sit relativa ex p.te obti, ut Pater, causa, servus, q trus ablutus ex modo signandi solo exigit n pendere ab alio in modo signandi, q.d q.d sit, an pendeat, l n pendeat ab alio ex p.te obti. Hę voces Pater, causa, l t pendeant ab alio ex parte obti, n pendent ex modo signandi, q p se, et sine alterius iuvamine, habent suum integrum, et perfectum signatum.

Infero 3o: eandem ēe divisionem tri in ablutum, et connotativum ex modo signandi cum divisione tri in cathegorematicum, et syncathegorematicum, et divisionem in substantivum, et adiectivum: p.r, q eadem sit ratio, et idem tri definiti, unde ex modo signandi hę n voces synonimę; ablutus

chaticus, et substantivus; 1.4 et hic connotativus, synchatus, adiectivus, etiam ex modo signandi; pr, quia tres primi signant independenter ab alio, et tres 2i dependenter ab alio.

Infero 2º divisionem termini in absolutum, et connotativum ex parte obiecti connotatum distinctum esse a divisione in terminum chaticum, et synchaticum: et a divisione in substantivum et adiectivum: pr, quia termini divisi maxime inter se differunt Vg sic vox Petrus connotatus ex parte obiecti, non vero est terminus synchaticus neque adiectivus, sed potius substantivus, et chaticum: ergo termini divisi inter se differunt, ut exemplo allato liquet.

Caput 4m
de termino univoco, equivoco, et analogo.

Terminus univocus est, qui significat unum, vel plura, ut convenientia in una ratione per voce significata. Vg sic vox Deus, quae Deum unum signat. Vox animal quae signat leones, equos, et homines, ut convenientia in ratione animalis signata per ipsam vocem animal. Dices 1º vox animal signat plura, quae inter se differunt: fateor; sed adhuc est terminus univocus, quia eorum differentia non signatur per vocem animal. Solum exigit ad terminum univocum quod signetur unum vel plura, ut convenientia per ipsam vocem: quod sit an a parte rei, et inter se differant. Vox animal signat homines, et equos, ut convenientia in ratione animalis signata per ipsam vocem animal, qui inter se vere differunt. Dices 2º: vox homo signat plura individuata. Hoc enim nego; sed adhuc vox homo est terminus univocus, et licet sit in differentibus ad Petrum, et Antonium, quia eorum non explicat differentias; sed convenientiam ratione modi univoci.

Terminus equivocus est qui signat plura, ut omnino diversa. Vg vox canis in terrestris, marini, et caelestis. Vg Gallus an

avis gallinacea, et hois in Gallia nati; q̃ia hę voces ñ explicant rao-
onẽ aliquã in qua earũ signata ɔveniant. Unde qñ illis signata ɔveni-
ant in aliqua raone (ut verè ɔveniunt in raone entis, et in aliis) q̃a cũ vox
ñ explicat eã ɔvenientiã, dicitr ęquivoca.

At si hoc verũ non esset, nulla
vox foret ęquivoca: patet, nã signata p voces Gallus &c ɔveniunt in
raone entis, et appellantr ęquivoca, q̃a p voces ea ɔvenientia ñ expri-
mit. Ex hoc infero, quod voces Petrus &c (idẽ de sitibus) ɔpara-
tã ad unũ hoẽ sutẽ ẽẽ trũ univocũ; ɔparatã vº ad oẽs hoẽs, qui
hoc noẽ insigniunt ẽẽ trũ ęquivocũ, q̃a q̃uis tales hoẽs ɔveniant
in raone hois, ea ɔvenientia ñ explatr p voces Petrus.

Trus ęquivocus
ẽ duplex alter à casu, alter à consilio. Equivocus à casu, qui plura,
et ut oĩo diversa forte ita signat ut vox Gallus quę aves, et hoẽs sig-
nat casu, nã fuit pmũ imposita ad aliud imposita ẽ ad signandũ unũ
et aliud. Idẽ de voce canis, et de voce Populus, quę arbores et op-
pidã signat. Equivocus à consilio ẽ, qui plura, ut oĩo diversa
consulto signat ut vox homo, quę hoẽs verũ, et pictũ signat,
ñ fortuito, st à consilio, q̃a ex sĩlitudine hois picti ad verũ
hoẽ, pictura hois dicitr homo pictus, sĩlitr vox sanũ de me-
dicinę, urinę, et aialis, etenĩ aial pprie dicitr sanũ; urina
vº dicitr sana, q̃ ẽ signũ sanitatis in aiali; medicina dicitr
sana, q̃ ẽ ca sanitatis eiusdẽ.

Iubet hic notare 1º, qd quilibet trus
ęquivocus potest effici univocus, si p alias voces ɔiunctã ad unũ
dumtaxat signatũ detrctr ut Gallus humanus, canis marinus, ca-
nis lucet, Gallus loquitr. Et si ñ detrctr ad unũ signatũ pot-
tã voces ad illud tm ɔparetr ut vox homo ɔparata ad hoẽs, tũ
veros, tũ pictos, ẽ ęquivoca, ɔparata ad hoẽs veros duntaxat

erit univoca.

Obiicis 1° haec vox Gallus humanus et sic sic significat plures homines in Gallia natos: ergo est aequivoca. Respondeo certo antinegando consequentiam, quia licet signet plures homines, eos tamen significat, ut convenientes in una ratione signata praecise. Instas, seu obiicis 2°: ergo idem dicendum de voce Petrus etiam comparata ad plures homines, qui hoc nomine appellentur. Respondeo negando consequentiam, quia vox Petrus comparata ad plures huius nominis significat plura, ut diffra, siquidem plures homines praedicti nominis non conveniunt in Petreitate, aut singularitate, quae per illam vocem Petrus significatur.

Iubet notare 2°, quod licet voces in multorum sententia immediate signent res, et sic in dicent immediate conceptus formales non ideo fore aequivocas; nam eo appellantur aequivocae verum, quas distributive significant, et pro quibus supponuntur: pro conceptibus formalibus nec supponuntur, nec eos distributive significant. Sane, si verum esset oppositum, omnes voces essent aequivoci. Iubet notare 3°, quod ut multiplicentur concreta accidentalia non satis esse formam multiplicem, sed requiri necessario multiplicem subiectum. Sicut dantur quatuor albedines, si in Petro ponantur quatuor albedines, nec dantur plures scientes, si in Paulo reperiantur plures scientiae; quia nec Petrus, nec Paulus, qui subiecta, multiplicantur.

Similiter haec vox Gallus, licet solum est unicus terminus aequivocus; quia quamvis signet plura, ut plura, ipsa vox, quae est subiectum, et denominatur terminus aequivocus, est unica: ac proinde non requirit esse terminus duplex aequivocus. Iubet notare 4: quod termino univoco ex commet non immediate unicus conceptus ultimatus, etiam quando signat plura. Ratio est, quia cum illa signet, ut unum, sive sub una ratione, haec attingitur unico conceptu materiali: termino vero aequivoco plures conceptus ultimati

correnti, ut unus, qui æquivaleat pluribus, et plura, ut plura deicipiat. idest dicitur de conceptu non ultimato, talesque univoci, vel æquivoci.

Opponeres 2°: idest terminus æquivocus, et univocus: ergo non ita dividendus est terminus: probatur ans, quia hæc vox æquivocus signat omnes terminos æquivocos, ut convenientes in ratione æquivoci signata per voces: ergo idest terminus æquivocus, et univocus. Respondetur negando ans: ad probationem concedo ans, et nego conseq. Aliud est, quod hæc vox æquivocus sit terminus univocus, et hoc est verum: aliud est, quod significatum huius vocis sit terminus univocus, et hoc est falsum: itaque hæc vox æquivocus est terminus univocus; at termini æquivoci, qui sunt significatum prædictæ vocis, non sunt termini univoci, sed æquivoci: idest fere dicere de voce canis quæ est terminus univocus, quia præcise signat canes terrestres: æquivocus vero, quia signat canes terrestres, marinos, et cælestes.

Terminus analogus est, qui signat plura, ut aliquo modo convenientia in aliqua ratione signata per voces, ut vox risus quæ dicitur de risu hominis, et metaphorice de risu prati: vox sanum de sanitate animalis, medicamini, pulsus, et urinæ; vox Leo de leonis, et hominis fortissimi: hæc omnia assimilantur in ratione signata per voces; non definiri analogus terminus communi definitione, quæ ita se habet, est qui signat plura, ut partim convenientia, et ut partim differentia: quia iam supra dictum opinantibus illum non dari rationes communes analogas, et consequenter non dari voces aliquas, quæ conceptum obiectivum signent, in quo plura differant, et conveniant.

Rogas: quare terminus univocus, æquivocus, et analogus, ita appellentur? Respondeo ita denominari, quia signant res, vel omnino similes, vel omnino dissimiles, vel partim similes, et partim dissimiles. Sed de his fusius in logica textuali: duntaxat moneo, terminos prædictos vocari, univocos univocantes, æquivocos æquivocantes, analo

logus analogantes: res vero signatas appellari univocum, univocatum, equivocum, equivocatum, analogum, analogatum. Vox analoga, si absolute proferatur, accipitur pro proprio signato, ut vox risus, pro risu hominis, et pro risu agri: 1a Dialecticorum paregmias: analogum absolute dictum stat pro famosiori.

Caput 5um

Non nullae aliae terminorum divisiones exponduntur

Restant adhuc aliquot terminorum divisiones, quorum notitia, licet non ad modum necessaria, non parum est Dialectico utilis. Et ideo plurifariam terminus hoc modo in capite dividendus. Dividitur 1o in terminum substantivum, et adiectivum, quorum expositio reperietur Dega c 6, ubi de termino cathegorematico, et syncathegorematico loquebamur, nec aliud restat dicendum.

Dividitur 2o in terminum confusum, et determinatum. Confusus est, qui signat aliquid indeterminate ut aliquid animal, haec enim vox non signat determinatum animal, sed omnia, confuse, et sub disiunctione; unde ex hac propositione: aliquod animal movetur non licet deducere: ergo equus movetur; sed ergo hoc, vel illud, vel illud animal movetur. Determinatus est, qui signat aliquid determinate ut Plato, hic homo: Rogas: an conceptio, quam habet terminus confusus se habeat ex parte obiecti? Resp. non se habere ex parte obiecti; sed ex parte actus repraesentantis obiectum; Ratio est, quia obiectum, sive res ex parte obiecti, sunt entia determinata, unde confusio se tenet ex parte actus, qui ex suo modo tendendi, habet confuse, et indistincte obiectum repraesentare. Ex quo scies a parte rei idem esse obiectum harum vocum, Aris, vel Plato, ac istarum, Arist, et Plato.

Dividitur 3o in terminum primae intentionis, et 2ae intentionis: ille est, qui signat aliquid primo reale, quod habet independenter ab intellectu: ut

vox celus: hic d qui signat aliqd, ut denoiatum ab intrus, v.g. species genus. Item vox species signat in dua v.g. hoies, in 1m ee reale, qd a parte rei habent, et 1m denoationes, quas ab intra sortiunt. Hic monenda ii tria: 1m, hanc voces trus 2e intentionis ee trus 1e intentionis, secus eius signatus: rao e, q hec vox trus 2e intentionis signat tros 2e intentionis, ut ii a pte rei, n vt ab intra aliquas denoationes exibunt: 2m, has voces, subtus, signus, trus, et siles ee tros 1e intentionis: rao e, q hec voces signant raones subti, signi, et tri, 1m ee reale, qd a pte rei habent: n v° 1m denoationes, quas ab intra participant: ab his autes vocibus trus ut abstractus, rao signi, ut precisa signantr rao tri, et rao signi, ut accipientes ab intra denoationes.

Tertius, has voces, cognio, intrus, species impressa, apprehentio, ee tros 1e intentionis, nas qualis signent aliqd dependentr ab intra, n v° signant aliqd. 1m denoationes, quas ab intra participent. Notavit optime Mercado, hyee reale, l. in ee rei denotare plicas rei exitas, sive in rebus, sive in actibus intrus: aliud e actus intrus vere ee in re, aliud e habere denoationes ab intra. Hoc 2m exigit rad trus 2e intentionis.

Dividitr 4 in impertinentes, et impertinentes: impertinentes ii, qui separati intrse, neq se inferunt, nec intrse repugnant v.g. albus, dulce, Musicus, Astrologus q qe bene possunt ee st, et possunt st n ee: Pertinentes ii, qui separati intrse, l se inferunt, l sibi mutuo repugnant v.g. equus, aial, equus n. infert aial, rationale, et irrationale, qui mutuo sibi repugnant. Ultri alii appellantr pertinentes sequela, alii pertinentes repugnantia: illi ii quando unus aliud infert v.g. aial, et sensitile: valetin. l aial: g° l sensitile: isti ii

quando unus alteri repugnat, et illius negationes infert Vg homo et lapis; q homo repugnat lapidi valet optime; e homo: g° n e lapis. Ptri pertinentes sequela alii ss convertibiles, alii n convertibiles. Convertibiles dicuntur, qui mutuo se inferunt Vg homo, et risibile; valet enim e homo: g° e risibile, et e risibile: g° e homo. sicut etiam negative: n e homo: g° n e risibile: n e risibile: g° n e homo. Inter tros convertibiles numerari solent synonimi Vg Tullius, et Cicero: gladius, et ensis; qui mutuo se inferunt; cum idem sit obus: etsi differant penes voces.

Non convertibiles appellantur, quorum unus infert alium; n vero e converso Vg homo, et aial, valet n e homo: g° e aial, n vero valet: e aial: g° e homo. Unde n convertibiles ss tres superior, et inferior, inter quos valet ecca, a negatione superioris ad negationem inferioris Vg n e aial: g° n e taurus; n vero valet e contra: n e equus: g° n e aial.

Tri pertinentes repugnantia alii ss disparati, alii ss oppositi; disparati ss qui nullam oppositionis genus prae se ferunt, quamvis in eadem entitate nequeant reperiri: Vg equus, et lapis. oppositi ss in multiplici diffa: alii ss [illegible], quorum unus signat rem positam, alter illius negationem Vg Deus, et non Deus. alii contrarii, qui signant formas positivas, que mutuo se excludunt ab eodem subto Vg calor, et frigus: albedo, et nigredo.

Alii ss privativi, quorum unus signat formam certam; alter illius carentiam in subto capaci ad illam habendam Vg caecus, et videns; caecus enim dicitur, qui potest videre esse, licet actu n videat. Alii relativi quorum quilibet suam dicit ad alterum Vg filius, et Pater, hi dicuntur oppositi, q eorum relationes reperiri nequeunt in eodem subto sue eiusdem [illegible]. Unus in[illegible] homo nequit

dici Pater, et filius ratione eius dem hominis, seu termini. Ad extremum adverte 1°: posse easdem res sub diversa ratione plures sortiri terminorum denominationes: unde termini discriminabuntur specie logica, quatenus significatus ex diverso modo, seu ratione significandi, diversas efficiat species. 2° non omnes terminorum divisiones, quas tradidi esse adequatas

Disputatio 12

an, et qui ex prædictis terminis infinitari possint?

Caput 1m

generaliter difficultas deciditur, et copula infinita examinatur.

Dixi in Disputatione 11 Capite 1 quid sit terminus infinitus, et quid sit particula non infinitanter, aut non infinitanter sumi: eum recole, ne iterare scripta cogamur. Difficultas modo dicenda est, an omnes termini infinitari valeant, et quis generaliter proponitur. Potissimum ventilare solet de copula verbali, et de terminis syncategorematico, et supra transcendenti.

Sit 1° solutio: omnes termini infinitari possunt; probatur, quia omnis terminus potest habere præfixam particulam non infinitanter acceptam: ergo omnis terminus infinitari potest: patet consequentia, quia infinitari terminum nihil aliud est, quam habere particulam non præfixam, infinitanter acceptam: antecedens probatur, quia nullus est terminus, cui non possit assignari contradictorius, saltem illi præfigendo particulam non; quod autem infinitanter sumatur, pendet duntaxat ex placito proferentis, ut ex explicationibus Disputationis 11 Capitis 2 difficultates: ergo omnis terminus poterit habere particulam non infinitanter acceptam.

Confirmatur hæc ratio illius ex explicatione, si huic

Respondeo, qd casu quo admittamus actum illum Deus é Pater, ee reflexum, debemus supponere ex dictis in hac disputatione, qd actus iste Deus é Pater, habet duplices signationes, alias expresivas, et alias meras signationes, seu signationes non expresivas, et consequenter talis actus duplex habet obtum, aliud mere signatum, et aliud signatum, et expresum signatum; mere signatum é Deus ipse Pater in se ipso, qui expresus non é ab actu: licet ab illo signatus sit in hoc sensu dicto Deus Pater é adequatum signatum adequatumq obtum talis actus: quoniam talis actus non supponit suppositione logica pro alio signato, nisi pro Deo Patre: at vero obtum expresum, seu signatum expresum talis actus reflexi é ipse actus reflexus; qui quamvis sit unus considerant, ut duo, sicut animal, rationale, quae licet unum sint à parte rei, tamen considerant, ut duo; itaq actus reflexus, quatus respiciens seipsum é unus, et quatus à seipso respectus é alius: et ut sic é obtum expresum sui ipsius: q sic omnia, quae in se habet exprimit, et significat.

Caput 4m; alia, quę notanda restant insequitur.

Notandum etiam est, quod ut in Metaphysica dicemus, ens possibile quatenus possibile appellatur illud quod si poneretur à parte rei non involveret prata contradictoria, seu, ut alii extris dicunt non repugnabit, seu nullo modo erit simul, et non erit: Vg si alius Mundus, seu alius ordo rerum poneretur à parte rei, utique existeret sicut iste Mundus, et rerum ordo existunt absque aliqua contradictionis implicatione: Econverso vero ens impossibile appellatur illud, quod si produceretur, aut poneretur à parte rei esset, et non esset à parte rei: existeret, et non existeret simul à parte rei: quoniam cum de essentia impossibilis sit constare ex duplici contradictorio prato, eo ipso, quod existeret tale ens, simul non existeret: Vg si alius Deus existeret à parte rei: talis Deus existeret, et non existeret à parte rei: existeret, ut supponimus: non existeret; quoniam cum impossibilis esset talis Deus, secum afferret non solum suam existentiam; sed etiam suam non existentiam; per utramque enim constitueretur à parte rei alius Deus, utpote chymęricus.

Hoc utrumque ens tam mere possibile, quam impossibile conveniunt in hoc, quod est non dari à parte rei: si autem sit nunc verum est dicere, non datur alius Deus à parte rei, et non datur impossibile aliquid à parte rei, etiam est verum dicere; non datur alius Mundus à parte rei; et sicut verum est dicere, quod nunquam dabitur à parte rei aliquid impossibile, ita verum est dicere, quod nunquam dabitur à parte rei alius Mundus: conveniunt etiam impossibile, et possibile, in eo quod essentia utriusque non sit absoluta; sed duntaxat sit conditionata: explicata nimirum per conditionem si, ut si poneretur à parte rei alius Mundus; si poneretur à parte rei aliquid impossibile, ita quod id quod mere possibile, et id quod impossibile est actualiter nihil est, hoc est non est: et solum conditionaliter est: hoc est si

dent, seu si ponant à parte rei: Vnde totus discrimes utriusq consistit in eo qd si id qd è pole ponat à parte rei, ablute erit verus dicere existit à parte rei, at vero id qd impole è, si ponat à parte rei non erit verus absoluté dicere, existit à parte rei: quonias existit, et non existit à parte rei: et talit erit, ut simul non sit: et talit non erit, ut simul sit, destruendo proprias suas essentias, et quidditates.

Cus hoc utrunq impole, et mere pole non sint, sed solus essent, si ponerent, sequit, qd utrunq cognoscamus semper fabricantes illa idola sq prius repetita: sequit etias qd talia entia pole, et impole cognoscant p actus mere signantes illa: non vero p actus eades signantes, et simul exprimentes: quonias cus ea nunquas viderimus in se ipsis, non possumus habere veras species, ut nostri actus egrediant, quasi imagines ipsa obia exprimentes, et declarantes; itaq talia entia quoad hoc, qd è signari ab actibus intus, eodesmodo se habent, ac Deus respectu huius actus intellectualis Deus è Pater: qui solus signat Deus Patres mera signatione: non vero signatione expressiva: quonias non exprimit Deus Patres, ut in se ipso è, seu ad instar Dei Patris in se ipso, sicut imago Pris è ad instar ipsius Pris ipsus non solus significando, quin etias exprimendo.

Sic signant ab actibus intus negationes, et nihileitates p meras signationes; non vero p expretiones suas entitatis. Et qua quis non videat, quas egre locuti fuerunt oes illi, qui huc usq dixerint, qd quando cognoscit nihileitas, negatio privatio &c. dei, seu fingat ens raonis, cus nihil fictus tunc

det; sed solum det ipse actus repraesentans illo modo, quo in lumen aliquarum specierum, quas ex aliis obiectis accepit.

Notandum etiam est cum ingenioso Patre d'Arriaga D. 4 logicae caput 4 p. totum, quod intellectus non potest dare entitatibus, sive possibilibus, impossibilibus, aut negativis, aliud esse praeter cognoscere illas: itaque intellectus nullo modo potest facere impossibilia: si enim intellectus illa facere posset, iam intellectus plus potentiae haberet, quam Deus, qui facere absolute non potest aliquid impossibile; itaque intellectus facere non potest impossibile aliquid; sed solum potest cognoscere impossibilia, et facere, quod id, quod est impossibile sit cognitum, cum antea cognitum non esset.

Unde aperte constat, quod quando intellectus dicit homo est equus, tunc intellectus non facit aliquid impossibile; sed solum cognoscit impossibile illud homo est equus, quod quidem simpliciter est impossibile in se etiamsi cognoscat, vel non cognoscat, sicut alios Mundos possibiles, sive cognoscat, sive non: cognitio enim non addit, vel minuit aliquid in entitate possibili, vel impossibile, sicut paries non desinit esse paries eo quod cognoscatur, vel non cognoscatur. Ex quo colligit, quod omnia omnino impossibilia, quae cognoscit intellectus, ideo dicuntur fieri ab intellectu: quia cognoscuntur ab illo: non quia recipiant aliquid esse praeter esse cognita.

Sed dices esse cognita esse aliquid esse, quod recipit ab intellectu: do tibi hoc in quantum vis fidis; sed dicito mihi: etiamsi habeant esse cognita ab intellectu, non habent aliud esse praeter esse cognita? negabis; sed probabo: quia paries cognitus habet aliud esse praeter esse cognitus: ergo quaelibet entitas aliud etiam habebit esse praeter esse cognita: quia id quod cognos-

cit aliqd, siquidem cognoscit.

Cum igit quelibet entitas, que cognoscit ab intra sit in se aliqd, quoquo pacto illud aliqd in se sit, sequit, q omne impossibile, qd cognoscit ab intra, non sit ideo impossibile, q cognoscit; sed ideo cognoscit impossibile, ut impossibile, q e impossibile, que causales maxime observande sunt.

Dices, qd mihi obstat, ut Deus fictus, et verus Deus dicant qd sint unus, et idem Deus? Respondeo qd in tuis bene facere potest tales actus; sed ideo talis actus e falsus; q vult signare de Deo vero, qd sit Deus fictus: ceterum ut Deus fictus, et verus Deus identificati sint, quod das impossibile qd in se impossibile erat, antequam cognosceres in suo statu impossibilitatis nihil aliud efecisti, quam cognoscere illud impossibile, qd nec dum cognitum erat, quousque tales efecisti actus: sicut, quando de nuo cognoscis Creaturas a. mere poss., non efecisti illas poss. sed cognoscisti illas, que quamvis cognita non erat, etiam erat possibilis: q possibilitas talis Creature nullo modo dependet a tua cognitione; sic similiter impossibilitas nullo modo a cognitione dependet in suo esse obiectivo, seu quatenus ex se potest terminare cognitionem.

Caput 5m Authores, qui negant ens rationis Et modi negandi illud.

Doctores, qui ens rationis negant et antiquioribus fuerunt: Mirandulanus in et potione predicamentorum, sexus Jandunus 6. Metaphisice q Valetius controversia 6. Gabriel in primum d 2 q 8 apud nostros Carletonus d logice sexus nostro q Controversia Pal-

Palatii sinus sanctissimi domini Alexandri Papae 7. à sacris confessionibus in suis assertionibus theologicis 16 in istos, et sequentibus, ut refert Espinola d. 4 sit. tota sect. 2 arculo 2 num. 11 3, quos etiam patronos sequitur idem Espinola comitans aliquos Rectores Stratos, quos ipse testatur vidisse, et illos, quos etiam suppresso nomine affert Carleton et nostra Provintia Flandro Belgica.

Auctores istos invenio etiam negasse rationis obiectiva: uerum pace eius DDm, qui oppositum censent, in dico magna scholarum luminaria Pr Vasq., Suarez etiam illa negavisse, eo rigore, quod entia rationis obiectiva debent esse, ut entia rationis obiectiva, proprie entia rationis obiectiva sint: quoniam isti omnes Magistri docent, quod quando entia rationis fingimus, respondet conceptioni, seu intellectioni fingenti in re concepta, et ex parte obiecti aliquod efficienter, sicuti ab ipsa conceptione, seu intellectione, id quod appellamus cum aliis theologis idolum: quod quidem fictum, licet dicant Suar. et Vasq. quod sit extra omnem latitudinem entis realis non ideo negant esse reale, et verum: quandoquidem permittunt concedunt esse efficienter productum id, quod quilibet mediocriter in Philosophia versatus certum debet esse: quod enim efficienter, nequit aliquod non pendere, et non sit productum; sed idcirco id appellant esse extra omnem latitudinem entis realis, ut sic denotent non esse aliquod ex iis, quae dant à parte rei independenter à labore intellectus; sic inquam tenent Suarez 2 t. Metaphysicae d. 54 sect. 2 et 1 inter 8 ras partes d. 6 sect. 6. Vasq. 1a parte t. 2. D. 115 capite numero 4, etc.; cum igitur DDs isti asseverarent, quod idolum sit efficienter productum, sequitur quod non dicant, quod sit ens rationis illo rigore, quo exigunt illae definitiones, videlicet ens rationis obiectivum esse;

cuius totus sunt esse cognosci: vel cuius totus sunt esse esse obiective in intellectu, siquidem propter hoc quod est cognosci, habet illud esse fictum efficienter productum; itaque illud appellant ens rationis latissima usurpatione; non vero rigorosa de qua est quaestio.

Dubitat etiam Pater Carletonus, quod Pater Herize negaverit entia rationis obiectiva, et illum citat pro tali sententia in sua tertia parte D. 8 cap. 1 numero 2 verum ibi Pater Herice apertissime ait se defendisse in toga sententiam, quae negat intellectui hanc virtutem effectivam entis rationis arbitratus quod quid respondet ex parte obiecti distinctum est ab actu intellectus est in se ens reale, et licet per imaginationem, et repraesentationem intellectus applicent res aliquae subiectis, quae repugnat eas habere, ut quando Deum imaginamur relatum praedicamentaliter ad creaturas, et partes naturae humanae, et equinae reali unione connexas mente constituimus: atqui ex parte obiecti correspondet nostrae repraesentationi semper in se aliquid reale est. Ex quo deducit Herize, quod ens rationis obiectiv[um] sit totum quod dam inexistibile, ut obiicitur menti: licet alias constet ex partibus realibus; unde ait, quod essentialiter constat tantum ex re repraesentata, ipsa repraesentatione extrinseca rebus intellecti; essentialis vero quatenus est ipsa coniunctio, seu applicatio entis realis alteri, cui repugnat coniungi, seu applicari, cum haec sit sententia Herice loco citato, nescio quo pacto Pater Carle, potuit illum annumerare inter Auctores negantes entia rationis obiectiva. His notatis, et Auctoribus recensitis.

Primus modus negandi ens rationis obiectivum, fundat

in eo qd ens raonis ẽ illud ens, qd non habet ẽẽ, nec habere potest à parte rei: ac proinde, qd sit entitas impo'bis, quæ inquantum impo'bis concipi non valet, etenim non potest eadem res concipi simul ẽẽ, et non ẽẽ: et concipi, et concipi, qd simul sit homo, et qd simul non sit homo; sed modus iste defendendi non placet: q̃ licet verum sit (qd non concedo, sed omitto) qd nequeat eadem entitas concipi quatus ẽ, et quatus simul non ẽ; nihilominus bene potest concipi, ut impo'bis gnalit': etiam si non concipiat sub formalissima raone essendi, et non essendi, eo modo, quo concipit homo, et simul entitative concipit aial rale, quin ex q licet, qd concipiat homo quatus aial, et quatus rale.

Dices bene potest concipi homo quin concipiat ẽẽ formalissime aial, ẽẽ formalissime rationale, verum impo'le nequit concipi tale, quin concipiat sua essentia, et sua non essentia; sed contra: da, qd revera existeret impo'le, qui illud videret, utique videret impo'le; sicut qui videret hoem, hoem videret: ergo qui videret hoem poterat non distinguere utrum ẽẽ aial, utrum non ẽẽ aial: ita qui videret impo'le poterat non cognoscere utrum constaret ex ẽẽ, et non ẽẽ; si ergo potest concipi impo'le, etiam poterit concipi ens raonis: prob. cōa. q̃ modus iste dicendi ideo averit non posse confici ens rationis, q̃ non potest concipi impo'le; atqui potest concipi impo'le, ut probarum ẽ: ergo potest concipi ens raonis.

Secundus modus negandi ens raonis fundat in eo, qd intras humanus dum nostro carcerat in corpore dependet ad formationem, productionemque suorum actuum ab sensibus externis: etenim nihil

concipere potest intrus, quod prius non fuerit in sensibus: ac proinde rerum essentias non concipit intrus per species proprias quidditativas ipsarum: quoniam essentiam non cognoscimus, nisi mediis accidentibus, quae solum a sensibus percipi possunt: concipit igitur intrus rerum essentias per species alienas ab aliis obiectis desumptas, sicut desumimus speciem hominis senis ad repraesentandum aeternum Patrem.

Cum igitur id, quod respicit intrus sit id quod datur a parte rei: species enim senis cum detur a parte rei inde est, quod dicat sententia haec nullum dari ens rationis, seu nihil dari, cuius totum suum esse habeat esse in intru. Partim placet, et partim displicet sententia haec: placet in eo quod dicat species illas obiectorum non esse entia rationis, cum habeant esse verum, et reale: sed maximopere displicet in eo quod supponat, quod adaequatum obiectum huius actus Deus est Pater, sit ille senex, diximus iam quod senex ille non potest esse Deus id quod ex ipsis terminis aperte patet, et cum verum sit, quod actus iste Deus est Pater, est verus actus, et conformis cum suo obiecto, debemus tali actui tribuere obiectum, quo cum conformetur, aliter enim non erit actus verus, sequeretur, quod si adaequatum obiectum huius actus Deus est Pater, esset senex ille venerabilis idolatriam committeremus, quandoquidem haberemus pro omnipotenti Deo vero et vivo, id quod Deus non est, videlicet senex ille.

Tertius modus negandi ens rationis ait, quod duo opposita contradictoria simul identificata nequeunt percipi: in quo convenit modus iste cum secundo modo relato, veruntamen possunt concipi duo entia positiva identificata, cum autem duo entia

positiua possint ēē identificata, sequit, qđ quando concipit intrus hoē, equus, non concipiat aliquē hoēm equum impoblē, sed pbles, itaqꝫ affirmant, qđ licet in hoc ordine rerum non det aliquis homo, qui sit equus, tamen alio ordine alterius Mundi pbilis bene potest dari homo equus, qui pblis sit, cum sententia ista neget, qđ possint concipi duo contradictoria identificata, et simul concedat nullum dari impble et eo qđ duę entitates positiuę sed cum identificentur destrui omnino impblia coent q destrui entia raonis, quę non habent aliud ēē, nisi cognosci.

Sententia hęc negans impblia, impblia facit, et impblia cognoscit dum se explicare contendit, et primum do huic sententię, qđ nequeat intrus concipere duo prãta contradictoria simul identificata, qđ inde? non ne famosum erit impble, si cognoscat intrus negationem Dei, et Deum ipsum, quamuis realiter distincti, simul tamen coexistentes? quę nam chymęra maior? insuper bene potest intrus elicere actum, quo dicat Deus ē non Deus à parte rei; tunc sic: licet intrus non concipiat, nec concipere possit Deum ēē Deum, et non ēē Deum: nihilominus talis actus id non signat, et repręsentat? patet utiqꝫ: quoniam licet intrus non potest hic, et nunc dum corporis carcere detinet Deum cognoscere, ut ē in se: tamen potest signare Deum, ut ē in se an omni sua perfectione, et gloria: ḡo licet intrus non possit concipere duo contradictoria ēē simul existentia, aut identificata, potest simul signare illa; uel dicant aduersarii qđ intelligunt, hunc actum? duo contrad simul ictoria ꝫ identificata: profecto debent affirmare, qđ ꝫ

illus actus intelligunt impole quod dat: quid enim magis impole, quam illa duo grata contradictoria? neque obstat, quod non concipiatur, ut talia: quia hoc non requirit ad raonem entis impolis; sicut nec ad raonem entis polis: quis enim dubitare potest, quod essentia diuina cognoscatur à quocunque intru, quamuis per actum abstractivum, et quamuis non sub raone formali essentiæ diuinæ, ut è in se.

Caput 6m nostra sententia, et modus negandi ens raonis.

Omni, qua potui sedulitate pensatis DDm placitis, et sententiis, censeo dicendum nullum dari obtum pole, impole, positivum, aut negativum, imaginabile, aut significabile, quod sit ens raonis obtivum: probatur raone hac mihi satis efficaci, et quæ iam diu semper one vexauit, ac denique compullit, ut ens raonis obtivum negarem.

Illud è ens raonis obtivum cuius totum suum ēē è cognosci, seu ēē obtive in intru, aut ēē obtum intrus; sed non datur ens et cogitabile cuius totum suum ēē sit cognosci, seu ēē obtive in intru, aut ēē obtum intrus: ergo nullum datur ens raonis: maior sancta debet ēē apud omnes, et ideo intacta debet remanere; ego enim suppositis his defionibus cum cōi Philosophorum, et Theologorum sententia, qui sic definiunt ens raonis obtivum instituti quæstionem: quoniam statuit defenitio debet supponi, ut inuestiget essentia talis entis; itaque in præsentiarum non è litigium de defione; sed solum litigium è, illa supposita, inquirere, et assignare ens, cui competat defio.

Profe mores, in qua sola e difficultas qd libet ens qd assignet, cuius cumq. conditionis illud sit, habet aliud ee pret cognosci, et pret ee obiive in intru, seu pret ee obiectivus: q° qd libet ens cuius cumq. conditionis sit non e ens raonis, cum ans oia genera entium includat necessario, ut p. partes probet, et primum sit obtum impole: hoc enim habet totum ee pret hoc, qd e cognosci: q° iam obtum impole nequibit ee ens raonis.

Probat ans: q. impole constituit impole p. predicata contradictoria; sed predata contradictoria s. qd distinct ab hoc, qd e cognosci: q° obtum impole habet aliud ee pret qd e cognosci: maior e certa; quoniam hec e essentia impolis, qd repugnet, et involuat predata contradictoria: minor probat: q. hoc qd e repugnare distinctum e ab hoc qd e cognosci, cum repugnantia sit ipsa intrinseca essentia entis impolis: cognosci autem sit extrinsec denominatio ab intru proveniens: q° cum syllogismus sit rectus, et maior, et minor sint vere, sequit, qd cons etiam sit verum, videlicet obtum impole habet aliud ee pret hoc qd e cognosci tunc sic: q° non e ens raonis: probo cons: q. ut sit ens raonis debet habere totum suum obiive in intru; seu debet ee totum suum ee cognosci; atqui ut probatum manet obtum impole non habet totum suum ee cognosci, aut ee obiive in intru: q° obtum impole nequit ee ens raonis.

Dices: obtum impole non e ens raonis; verum impole cognitum e ens raonis: sed contra: illud impole cognitum, vel e cognitum specificatiue, vel reduplicatiue: si e reduplicatiue, hoc e obtum impole cognitum, prout cognitum e ipsa cognio, ut dicta in disputationibus antecedentibus; sed cognio, ut pote ens reale habet aliud ee pret

cognosci: ergo obiectum impossibile cognitum prout cognitum nequit esse ens rationis.

Dices: obiectum impossibile cognitum specificative, scilicet obiectum impossibile, et cognitum, est ens rationis: contra, quia totum illud concretum, si ponatur a parte rei erit possibile, vel impossibile? si erit possibile iam habebit totum suum esse independenter ab esse obiectivo; si impossibile est tale concretum: iterum provatio antea facta, id quod impossibile est constituitur per repugnantia contradictoria, sed hoc, quod est esse per repugnantia contradictoria est distinctum esse ab hoc, quod est cognosci: ergo illud impossibile resultans ex illo concreto habet aliud esse praeter esse cognitum, consequenter quod nequibit esse ens rationis. Hoc enim modo arguendum est contra quodlibet genus concreti, quod assignetur pro essentia, et quidditate entis rationis.

Si autem dicas; quod ens rationis est illud idolum, seu entitas metaphorica, quam confingit obiectum; tunc sic: vel illud idolum est cognitum, vel non, si cognitum: hoc est ens verum, et reale, et consequenter habet aliud esse praeter hoc, quod est cognosci: si vero illud idolum sint species obiectorum aliorum (quod tibi omitto, licet iam in superioribus merito negaverit) hoc etiam sunt entia realia ut potest physice producta ab obiectis, si dicas, quod tale idolum est aliquid impossibile: iterum redeo ad argumentum, obiectum enim impossibile habet aliud esse praeter cognosci, si dicas, quod tale idolum est quoddam ens, quod neque est possibile, neque impossibile, positivum, aut negativum, dicto est quo recurrit esse? implicat enim aliquid non habens esse, et quod negativum non sit, et quod ab aliquo productum non sit; deinde tale ens nequit abstrahi a positivo, et negativo: quia natura debet esse possibile, aut impossibile, quandoque nihil desinat ex hac duplici propositione contradictoria

debeat ēē uera: illud ens si ponat' à parte rei non implicabit: illud ens si ponat' à parte rei implicabit: unde sequit', q' d erit, v'el pole, v'el impole: si pole habet aliud ēē præt' cognosci, si impole etiã aliud habet ēē præt' cognosci: ꝗ° siue pole sit, siue impole non erit ens raonis.

Si autẽ dicas, q' d tale ens, q' d ē ens raonis ē ens non intelligibile, contra: ꝗ obtũ non intelligibile in se ē non intelligibile, ut diximus agendo de tro supra transcendenti infinito: ꝗ° aliud ēē habet præt' cognosci: si dicas, q' d sit negatio, aut nihilitas, contra ꝗ hec omnia habent suũ ēē quale, quale illud sit, siue cognoscat', siue non cognoscat', ut patet ex ipsis trīs: ꝗ° ultro, citroq' teneris concedere, q' d quodlibet ens, q' d assignes habet aliud ēē præt' cognosci, et co'nter q' d nullũ dat' ens, q' d legitime, et rigorose sit ens raonis obtivũ.

Probo 2°; id q' d tu appellas ens raonis obtivũ quodcunq' illud sit, et in quibuscunq' prātis illud constitues, v'el ē ens pole, v'el impole, si pole non ē raonis ens, quandoquidẽ habet aliud ēē præt' cognosci, quale ē posse existere à parte rei sine implicatione, si impole ē tale ens habet etiã, ut dixi aliud ēē præt' hoc, q' d ē cognosci, videlicet habet posse existere, et non existere à parte rei, si det à parte rei, si dicas, q' d neq' pole, neq' impole ē: iterũ impetet' raone supra facta: ꝗ rogabo utrũ possit existere à parte rei, v'el non existere? necesario' unũ ē duobus debet ēē verũ; si potest existere ē ens reale, si non potest existere: ꝗ° ē impole: probo cons: id ē impole, q' d requit existere à parte rei; sed illud obtũ non potest existere

à parte rei: ergo illud obiectum impossibile, atque tale impossibile habet aliud esse praeter cognosci: ergo tale impossibile nequit esse ens rationis.

Probo 3: Ly cognosci, seu esse obiective, quod est cognitio sola, nequit esse, quoniam praeter quam quod cognitio est quid reale, cognitio non est cognosci, sed cognoscere, seu cognoscens; si est obiectum, et cognitio quo dicitur obiectum esse, quod nullum habet esse praeter cognosci? dices: est ens rationis; sed contra: ergo tu ipse debes assignare tali enti rationis aliud esse praeter cognosci, et id quod sit, probo: etenim tu Hircum cervum, Deum falsum, hominem equum, mundum, et non mundum, peccatum, quod sit gratia, et alia infinita appellas ens rationis; sed omnia ista necessario debent habere aliud esse praeter cognosci: ergo illa, quae assignas, et appellas entia rationis, non sunt rationis entia, siquidem aliud esse habent praeter cognosci: maior est tua doctrina: probo minorem: quia distinctum ens rationis esse Hircocervum, ac esse Deum fictum, et sic de rebus aliis entibus enumeratis; sed hanc distinctionem non habent eo quod sint entia rationis, seu quo ad hoc, quod est cognosci: quia omnia possunt cognosci, et tamen non habent illam distinctionem, ut et ipsis tris constat: ergo illam distinctionem habent praeter hoc, quod est cognosci, seu esse entia rationis: ergo habent aliud esse praeter cognosci.

Si adhuc protervus persistas in eo quod non habent aliud esse praeter cognosci: ergo cum omnia habeant tale esse, omnia sunt idem essentialiter, et conveniet idem esse dicere Petrus est equus, ac dicere hanc et innumerabiles alias blasfemias, et haeresis, Deus est equus, et peccator: probo 4: ergo esse cognosci est totum suum esse essentiale huius entis rationis

Pe est equus; sed quia tota esse essentiale huius entis rationis Deus est equus, et peccator est cognosci: ergo totum suum esse huius entis rationis essentiale, Deus est equus, et peccator est totum suum esse essentiale huius entis rationis Pe est equus: ecce syllogismus a primo tornat, in quo maior, et minor tua doctrina est: ecce in quas recidis absurda, dum entia rationis admittas: an re concedes, quod idem sit dicere Pe est equus, ac dicere Deus est equus. ideo apposui tibi tales propositiones, ut abhorrens a tua sententia et pavescas: dices: quoad hoc quod est praecise esse entis rationis utique idem sunt: quoniam habent quoad hoc quod est cognosci tales essentias; sed contra: ergo sine restrictione loquendo non potest dici, quod sint idem: teneris consequenter ad fidei Censores depellaris; si non sunt idem: ergo aliquid habent praeter hoc quod est cognosci in quo essentialiter differant, si habent: ecce intentum mihi concessisti: ergo omnis contendo, quod quodlibet habeat aliquid esse praeter cognosci.

Revera arguitus hoc erat mihi ratio sufficiens, ut prorsus negarem entia rationis, cum stabilire definitiones omnia entia rationis eiusdem essentiae constituant, scilicet cognosci, et esse obiective: cum omnia entia rationis eiusdem essentiae non sint, sed quodlibet habeat suas speciales essentias, ut patet in exemplis allatis Deus est equus, Pe est equus, ubi quis non videat, quod quodlibet ex talibus inferioribus diversas habeat essentias formales, quas habent non ex praecise cognitione, quandoquidem quodlibet cognoscitur, sed diversas essentias habet, et talis diversitas non provenit ab eo, quod est cognosci, sequitur, quod quodlibet istarum habet aliquid esse praeter cognosci, et essentialiter quodlibet

illorum non sit ens rationis.

Censeo dicendum 2°, quod si impossibilia cognita, seu illa idola fabricata ab intellectu velis appellare ens rationis, inquantum nullo modo possunt dari à parte rei, et habent esse cognitum ab intellectu, id non inficiabor appellare latissima, et impropria usurpatione vocum, eo modo, quo diximus magnos Heroas Suares, et Vasquez illa appellavisse, caeterum rigorose vere, et proprie loquendo, dicendum est nullum esse et cogitabile ens, quod sub illis defenitionibus contineat, ita quod istae definitiones nobis definitiones non sint, sed quae dam propositiones falsae, quae non habent obiectum aliquid, de quo verificentur, et cui quo conforment, dicitque quodlibet obiectum, quod respiscere possunt, habet aliud esse praeter cognosci, et esse obiectum.

Verum quamvis praedictae definitiones, seu propositiones falsae sint nihilominus in 2° respondendum, et arguendum non est negandae: quia cum receptissimae sint, tamen est invertere ordinem, et modum logicae, et Metaphysicae hucusque tradita absque necessitate, et aliò tenderet disputatio, quam ad disquisitionem essentiae entis rationis, eo modo quo solet indagari: nec ideo est concedendae: quoniam falsae sunt, ut dixi; sed solum debent omitti, ut supponantur, et procedat argumentum, et inquisitio entis, cui competant, vel non competant.

Caput 7m adversariis obviam itur.

Dantem meae fidei credentiales, ut indicem quod contra illam solis ipsi cogitationis nostri cis impetum facient adversarii, et occulta cavillationum via non vere aperto Marte certandum sit. Quare, et leuia adversariorum arma invenio: forte fortuna adeo illam reputaverunt invalidam, ut non aliquando curarent, relicto timore, arma arripere, et

clasicum sonare potuisset: aggrediar tamen quæcumque reperero adversariorum tela, ut ipsa pro vallo, et munimine sint: et primum, quod invenio profecto telum sine ictu, quasi à cadenti priamo illato: dari ens rationis è cognosci impossibile; atqui impossibilia cognoscuntur: ergo dantur entia rationis. Hoc negata maiore confracta arguti vis.

Secundum qui negat ens rationis facit ens rationis; atqui nos negamus ens rationis: ergo facimus ens rationis: plurimi ii, qui hac utuntur argumentatione, et probant maiorem, rogando quid est, quod negamus, quando ens rationis negamus? quoniam si dicimus, quod negamus ens rationis, iterum rogant: id quod habemus in intus, quando ens rationis negamus, quid est? quoniam id non est quid reale: ergo debet esse quid chymericum: ergo ens rationis.

Respondeo negando maiorem, et ad primam rogatiunculam respondeo, quod ens rationis negamus: ad 2am rogatiunculam respondeo, quod in intus habemus actum quendam in intus repræsentantem, et significantem puras significationes, et repræsentationes entis rationis negationes: quæ quidem negatio cum non possit exprimi in abacto, actus illam repræsentat, ac si esset ens reale, nec illud quod in intus apparet aliquid est præter actum tendentem ad significandam negationem, vel (ut tibi omittam, cum persequar, et sua ratio) species alterius obiecti, quæ est ens reale realiter productum ut superius dictum.

Tertium formistarum theoreticorum suis ipsorum verbis ita se habet: probat experientia, quod privationes, et negationes cognoscimus, sed non uti in se sunt: et similibus: ergo tunc, quæ nullum esse habent à parte rei, habent esse obiective in intus, quod est ens rationis à nobis intentum, iam huic arguto satis superque satisfactum est.

Quartum eorundem, ita habet ipsis ipsorum verbis: hec propositio e uera, animal e genus: ergo de animali enuntiat aliqd, qd illi convenit; sed non enuntiat aliqd pratum, aut ee reale, ut patet: ergo enuntiat aliqd pratum, aut ee illi p rationem conveniens: sed quis non videat magnam implicationem, et vonum? quo enim pacto anali potest convenire pratum, qd reale non sit; siendim anali convenit aliqd pratum fictum, anal etiam erit qd fictum. Respondeo deinde negando ans, et csm, ad 2m ans rogo Dialecticos etiam, si admittant precisivam distionem ex parte obiti, quo pacto possit intelligi, qd de anali, qd uere anale (et distio ex parte obti, qd id, qd e uere anal, sit uere anal) predicet aliqd pratum fictum, quale e ens rationis? itaq negandum e illis 2m ans: et de anali reali predicat pratum reale.

Quintum eorundem dis alsentorum: ens rationis e per se, et directe scibile: ergo etiam e in se intelligibile, et per consequens posibile: consequentia patent: et scibilitas e quedam specialis, et perfecta intelligibilitas: suis illorum verbis argutum hoc apposiumse, ne videar eneruasse tam vali dum robur; sed rogo vos auditores mei, ut attente consideretis illationes: quoniam dicunt, qd patent, e per se, et directe scibile; ergo e intelligibile, et per consequens pole, quam qui elinte pole! ex hac doctrina infert ~~quod~~, qd Deus fictus sit polis: probo cam, e per se, et directe scibilis: ergo e intelligibilis, et per consequens polis; en arguatio eadem horum Dialecticorum.

Caput 3 arguitis, que contra modum dicendi nostre sententie possunt opponi respondeo.

Primo

opponet autoritas Philosophi, et qd caput e sancti Bonaventurae, et Scoti; necnon autoritas sancti Tomae, qui multotiens in suis scriptis entia raonis obtinue defendunt; sed his omnibus auctoritatibus respondendu est eo modo, quo responsum dedi communibus Magistris Suaretio, et Vasquio: nimirum, qd non loquebant de ente raonis obtivo ex rigore, ut petit illius defio; sed illatione lattori usurpatione vocis: et tali modo etiam nos quodlibet impole, aut idolum ens appellamus raonis.

Secundo opponet; negare ens raonis, et questio huc usq stabilita, e mera questio de nomine: q in re illud concedimus, siquidem concedimus impolia, et idola illa, seu ab intra, seu ab obtis orta, que impolia appellant entia raonis ab istis: sicut ab illis entia raonis appellant idola: g° solum discrimen e in vocibus utrum illa obta appellanda sint, vel non entia raonis.

Respondeo, qd qui tale nobis opposuerit, ipse questionem dere conat eludere faciendo illam suo arguto de nomine: pronomeam sententiam de nomine e non posse: ego enim primo, et principalit statuo defionem entis raonis traditam a cunctis, qui ens raonis concedunt, et nomen ipsis permitto; sed dum magno desiderio anquiro aliqd, cui talis competat defio, ut illud appellem ens rationis, non invenio; imo potius invenio, qd e impole, ut inveniat: cum autem apud me hoc certum sit, inde e, qd dico non dari ens rationis. Eritne questio hec de nomine questio?

Explico ulterius: si posita hac defione aial rale: diceret Angelus, equus, et elementa non sunt homines: q ipsis non competit illa definitio aial rale, si hoc probasset, esset ne questio de nomine? quis hoc dicere auderet:

121

2º similiter, supposita definitione entis rationis non invenio aliquod ens, cui competat, non erit quaestio de nomine dicere, quod ens rationis non datur; quaestio de nomine tunc daretur, si ego concederem, quod dabatur aliquod ens, quod non habeat aliud esse, nisi cognosci, aut esse obiectum, et nihilominus dixissem non erat appellandum ens rationis: similiter si dixissem, quod hoc est principium sentiendi, et ratiocinandi; et tamen dixissem, quod non erat homo, itaque semper, ac negatur, quod aliqua definitio competat, vel non competat alicui rei, nequit esse quaestio de nomine; sed quaestio de re, videlicet de essentia, quae explicatur per definitionem; et sic datur inter theologos discrimen in assignando litigium productionis verbi divini à productione spiritus sancti, supposita illa definitione; erigo divententis à diventetto; profecto qui asserit, quod negare ens rationis, supposita illa definitione, est quaestio de nomine, quod tenetur eodem modo philosophari, et loqui, ut si velit consequentiae assuat, quod negare, quod spiritus sanctus non est filius: quia definitio filii, ipsi non competit, sit quaestio de nomine; aliud est inquirere de definitione, utrum sit, vel non sit; aliud illa supposita inquirere suum definitum.

Tertio opponitur: chymera habet tantum esse obiective in intellectu: quia chymera non est à parte rei: ergo datur aliquid, quod sit ens rationis: probatur antecedens: quia in nullo alio habet esse chymera hic, et nunc nisi in intellectu: ergo hic, et nunc chymera est ens rationis. Respondeo retorquendo argumentum, et probando, quod Antichristus, et alius Mundus sunt entia rationis: quia illi duo hic, et nunc non habent aliud esse, nisi in intellectu: ergo hic et nunc sunt entia rationis: scio, quod aliqui concedant, quod Antichristus et alius Mundus sunt entia rationis praecipue Thomistae, qui quamlibet rem cognitam ens rationis appellant: sic retortio

arguti solui contra illos, qui entia rationis constituunt in impossibilibus; quod quod autem sit de illorum sententia: respondeo, quod hic, et nunc chymera non habet suum esse in intellectu; sed illud habet hic, et nunc in suo statu impossibilitatis, sicut possibiles res in suo statu possibilitatis: quod si dicas, quod uterque status nihil est, obiecte non obstat: quoniam est aliquid conditionate, ut supra iam obstensum est: et esse aliquid conditionatum iam est aliquid esse, ita ut sufficiat ad falsificandam definitionem entis rationis.

Quarto opponitur: obiectum huius propositionis, Phenix est leo, nullo modo datur, nisi cognoscatur ab intellectu, et nullo modo nec antea dabatur antequam ab intellectu cognosceretur, et nullo modo dabitur, dum ab intellectu non cognoscatur: ergo iam datur aliquid, quod duntaxat habet esse in intellectu: respondeo, quod Phenix leo, antequam cognosceretur, non dabatur cognitus; ceterum antequam cognosceretur proprie dabatur in suo statu impossibilitatis: diximus, et iterum, ac saepius dicemus, quod impossibilia non sunt impossibilia, quia cognoscuntur; sed quia sunt in se impossibilia: et quoniam in se impossibilia sunt, sic quando cognoscuntur talia cognoscuntur: semper firmi esse debemus, quod intellectus non facit impossibilia; sed solum illa cognoscit, quod autem Phenix leo non dum sit cognitus, usque dum venit actus illum cognoscens, hoc per accidens est ad impossibilitatem phenicis leonis: et sicut creaturae possibiles, non ideo possibiles sunt, quia primo cognoscuntur: ita similiter entia impossibilia non sunt impossibilia, quia primo cognoscuntur.

Quinto opponitur: quando traditur illa definitio entis rationis, videlicet cuius totum suum esse est cognosci, aut esse obiective in intellectu, per illud esse non intelligitur essentia entis rationis; sed existentia duntaxat illius: hac est, totum existere entis impossibilis, seu entis rationis est in intellectu: quoniam alicubi, nisi in intellectu ens impossibile existentiam habet: ergo cum

obtum impole non habeat hic, et nunc existentiam, nisi in intru, dicendum est, qd non habeat aliud ee praeter ee in intru: huic argumento tribuunt aliqui totam vim, qua possunt nos impetere; sed ipso fatentur, qd iam ab antiqua entis rationis defione recedant: iam interpretantur suae defionis verba: iam nolunt illam significare, qd sonat: sic iam se fatentur devicti.

Respondeo tamen, qd si velit adversarius, qd per ly ee, intelligat existentia, nequit dici, qd essentia entis rationis, seu existentia illius, aut obti impolis, sit cognosci, seu ee obtive in intru: ratio est quia existentia entis impolis, ut vult adversarius non est obtive; sed subiective: quoniam, ut ipse fatetur, existentia entis impolis est cognitio, quae vere, et realiter est subiective in intru.

Insuper si haec adversariorum doctrina esset vera sequeretur, qd ens pole mere pole esset ens rationis: probatur, quia nullam existentiam habet hic, et nunc ens mere pole, nisi in intru; atqui obtum pole mere pole non est ens rationis: ergo neque obtum impole est ens rationis, cum eadem sit ratio in utroque: respondent adversarii, qd obtum mere pole habet aliam existentiam, videlicet conditionatam, hoc est erit existens, si ponatur; sed obsecro adversarios, ut hoc idem dicant de obto impoli, videlicet, qd habet suam essentiam conditionatam si ponatur, videlicet suam existentiam, et non existentiam; praeterquam qd, ut dicemus suo loco, existentia rei nihil aliud est, quam essentia rei, unde cum obtum impole sit repugnans, etiam existentia erit repugnans: et cognitio talis repugnantiae non erit existentia repugnantiae; sed solum cognitio talis repugnantiae essentiae, et existentiae implicatricis.

Sexto

opponet: facere ens rationis, nihil aliud est, quam cognoscere res aliter, ac est in se; sed qui cognoscit impossibile, cognoscit res aliter, ac est in se: ergo qui cognoscit impossibile facit ens rationis: adeo efficax est haec argumentatio, ut probet, quod omnis cognitio, sive vera, sive falsa sit, efficiat ens rationis; imo probat, quod quando videmus Petrum ens efficiamus rationis: probatur, quia Petrus non est id, quod videmus; sed accidentia Petri, quae tantum sunt terminativa actus visionis: non enim videmus materiam Petri, et unionem Petri, aut animam rationalem illius, ex quibus omnibus Petrus constitutus resultat: et taliter hoc verum est, ut si omnis omnino color à Petro deficeret; Petrus esset imbisibilis: ergo numquam videmus Petrum in sua substantia; sed illum videmus in accidentibus, quae Petrus non sunt: ergo efficit visus ens rationis.

Verum, reiecta potentia visiva, ad cognoscitivam itemus, quae, supposita doctrina, huius arguti semper efficit ens rationis, cum semper cognoscat res aliter, ac sunt in se praecipue dum corporis ergastulo detinetur; vel dicant nobis, quando cognoscunt materiam primam, cognoscunt illam, ut est in se? quo pacto est materiata? et eo modo se habet anima rationalis, et unio, vel latio, et actio, sunt latae an angustae? dicant etiam quomodo est indibisibile? semper procul dubio debent fingere, et res istas cognoscere aliter ac sunt in se.

Propterea censeo, quod facere ens rationis non est cognoscere res aliter ac est in se; sed facere ens rationis est cognoscere aliquid, quod nullum esse habeat, nisi cognosci, seu esse obiective in intellectu, ut petit definitio illius; itaque quamvis plurimi dicant, quod facere ens rationis, sit cognoscere res aliter ac est in se, hoc ponunt tanquam proprietatem entis rationis; non vero tanquam illius essentia: quia illius essentia est cognosci, aut esse obiective in intellectu, ut toties manifestavimus.

septimo opponet: licet essentia hominis, sive sit animal rationale non sit contra illius definitionem, quod homo sit etiam risibilis, admirativus etc.: ergo licet essentia entis rationis sit cognosci, non obstabit ad hoc, quod etiam habeat aliunde esse, videlicet esse possibile, aut impossibile, sicut non obstat, quod homo sit praeter animal rationale etiam risibile etc. Respondeo concedendo antecedens, negando consequentiam, ratio disparitatis est, quia tota essentia hominis est esse animal rationale; at vero cuiuscunque entis essentia nequit esse cognosci: ratio est, quia id, quod cognoscitur, et cognitum denominatur, vel est possibile, vel impossibile, si possibile est sua essentia est esse possibilis: quoniam cognosci nequit esse sua essentia, cum cognosci sit quid extrinsecum, ut ipse patet; si vero id, quod cognoscitur est impossibile idem fabricor argumentum: quia si id, quod cognoscitur est impossibile, iam suum esse est repugnare, et involuere contra contradictoria in se ipso: ergo in se ipso habet suam essentiam praeter hoc, quod est cognosci.

Sic, ut a multis liberemur argumentis, valide, et acerrime propugnaturi sumus, quod hoc, quod est cognosci nullo pacto dicit possibilitatem, aut impossibilitatem quandoquidem certo certius sit, quod hoc, quod est cognosci, indifferens sit, ut dicatur de possibili, et de impossibili, de negativo, et de positivo, cum omnia cognoscantur, propterea negandum est, quod detur aliquod ens, cuius tota sua essentia sit cognosci, ideo animadvertendum etiam est, quod aliud est cognoscere totam essentiam alicuius rei; et aliud est, quod talis essentia non habeat aliunde esse praeter cognosci, id quod apparet in Deo, cuius praestantissima essentia tota simul videtur contemplaturque a Beatis, nec ideo tota Dei essentia est cognosci: et tota Dei essentia comprehenditur ab ipso Deo, nec ideo tota essentia Dei est comprehendi: sic similiter quamvis tota essentia entis

rationis sit in intru, hoc e cognita sit, non ideo sequit, qd tota essentia impolis sit cognosci, aut sit ee obtus.

Octavo opponet: ut defio entis rationis valeat in obto impoli, non e necessarius, qd obtus impole secundus suas essentias, et quidditates sit obtiue in intru; sed sufficit, qd secundus aliquas partes obtiue in intru sit, hoc e sufficit, qd denominatiue sit in intru; non vero, qd quidditatiue in intru sit secundus omnes suas partes diuisiue eo modo, quo homo dicit corporeus, etiamsi solus secundus unas tantus partes corporeus sit: libentissime concederes adversariis, qd dabat ens rationis, si ipsi nobis assignassent partes aliquas, quę tantus haberet ee in intru; sed cus illas non possint assignare, inde e, qd non possim illis concedere, nec denominatiue ens raonis: rao cur non sit assignabilis aliqua pars consistit in eo, qd quęlibet pars, quę assignet, vel e pobis, vel impolis, et sic reddit argutus toties efformatus.

Deinde illa denominatio, quas volunt adversarii ee ens rationis, vel e impolis quatus denominatio e, vel non? ecce iterus ides argutus antea factus; deinde talis denominatio, vel tale ens rationis denominatiue affert p ly denominatiue nrio cognitus, vel non? si illas affert, ecce, qd cognio e ens reale, si illas non affert, qd e illud? e nepole, vel impole? et de primo ad ultimus, cus ad nros hos possibilitatis, vel impossibilitatis argutent adversarii, tenent illorum unus e duobus admittere: et casu quo illos admittant, ias sic in nrio assignabunt aliqd, qd non e ens raonis: q non habet totus suus ee in intru.

Nono opponet: ens raonis non potest dari,

vel potest dari: ergo datur ens rationis, si ens rationis datur, iam sic intra contra nos, quandoquidem concedimus dari, id, quod dari negamus in nostra sententia; si non potest dari: ergo impossibile est, quod detur ens rationis, tunc sic: si impossibile est, quod detur ens rationis: ergo si ens rationis detur, dabitur aliquid impossibile, et erit impossibile ens rationis: ergo ens rationis consistit in obiecto impossibili: probatur: quia vel possibile est ens rationis, vel impossibile est ens rationis, si possibile est ens rationis, iterum est contra nos, si impossibile est, etiam est intentum, quia iam dicamus, quod impossibile est ens rationis nihil enim aliud dicunt adversarii, quam, quod ens rationis consistat in obiecto impossibili, seu sit obiectum impossibile.

Hoc argumentum equivocationem laborat non contra nostram doctrinam precipue est; sed etiam contra adversariorum sententiam, ut probo, retorquendo illud in adversarios, illis probando, quod suum ens rationis detur à parte rei: ens rationis non potest dari à parte rei vel potest dari à parte rei: ergo datur ens rationis à parte rei, si ens rationis datur à parte rei intentum est, si non potest dari à parte rei: ergo impossibile est, quod detur ens rationis à parte rei: tunc sic: si impossibile est quod detur ens rationis à parte rei: ergo si ens rationis detur à parte rei, dabitur aliquid impossibile à parte rei. Confirmatur: vel possibile est ens rationis à parte rei, vel impossibile est à parte rei, si possibile est intentum; si impossibile est etiam est intentum, quia iam dicamus, quod impossibile est ens rationis à parte rei, ecce teneris ad solutionem argumenti, quo contendis opprimere nos.

Etiam datur aliud simile argumentum, quod omnes solvere tenent, ad quod suppono, quod in omni sententia termini contradictorii repugnantia, non repugnantia. tunc sic: de facto datur repugnantia entis rationis à parte rei;

vel de facto dat non repugnantia entis raonis à parte rei;
quodcunque admittat ex istis duobus, admittit, quod à parte rei de-
tur ens raonis: probat, et primo, si dat repugnantia en-
tis raonis à parte rei, quid maius delyrium, et quid pulchrius
ens raonis? si vero altera pars admittat, videlicet, quod
de facto dat non repugnantia entis raonis à parte rei, ec-
ce iam aliud impossibile à parte rei, videlicet non repug-
nantiam impossibilis: asserit enim, quod ens raonis consistit in
obiecto impossibili.

Vide quod respondeas huic obiectioni, et
hoc ipsum aptat tuo argumento, illudque dum aptas pro nobis solvis:
non enim tuum argumentum est specialis aliqua difficultas contra nos-
tram sententiam; sed est transcendentalis equivocatio, quam
omnes solvere tenent, ideo utranque solvere aggredior: quia ut-
pote transcendentalis ad omnem etiam sententiam spectat, et
doctrinam, et ne meos videam vacillare auditores, sicut alios,
quam plurimos vacillare vidi, et halucinatos cognovit, id-
eo unica solutione retortionem, et argumentum dissolvam.

His res-
pondeo ad primam retortionem: ens raonis potest dari à par-
te rei, vel non potest dari à parte rei: concedo antecedens: quo-
niam talis disiunctiva est vera, ex quo una illius pars vera
est, videlicet illa, quae asserit, quod non potest dari ens rao-
nis à parte rei: ad secundam consequentiam respondeo illud distin-
guens: impossibile est, quod det ens raonis à parte rei, hoc est, si
det ens raonis à parte rei, dabit, et non dabit ens raonis
à parte rei: concedo consequentiam; dabit ens raonis absolute à par-
te rei: nego consequentiam: ad probationem respondeo similiter dicen-
dum: si ens raonis det dabit aliquid impossibile, quod sit ens raonis

ablute, nego: qd sit ens raonis, et non sit ens raonis: concedo: et nego coas: ad ultimas probationes respondeo simili distintione (etenim e eadem difficultas) distinguendo maiores; impole e ens raonis a parte rei, hoc e, si ponat a parte rei, erit, et non erit ens raonis; concedo maiores, si ponat a parte rei, dabitur aliqd impole ablute ens raonis; nego maiores.

Ad 2m retortiones respondeo pro me, et pro aduersariis: distinguendo ans, de facto dat repugnantia entis raonis a parte rei, hoc e, si ponat a parte rei ens raonis, erit, et non erit ens raonis; concedo: de facto dat repugnantia entis raonis a parte rei, hoc e, dat de facto a parte rei aliqd ens repugnans, qd sit ens raonis ablute, nego: ex qua distione sq pius exposita patet ad probationes, in qua diximus, qd repugnantia entis raonis dat a parte rei conditionate, non uero ablute, hoc e si ens raonis dat a parte rei, dabit, et non dabit ens raonis: q repugnat; non uero dabit ablute loquendo.

Ut clarius constet, qd non sit specialis aliqua vis cu nos; sed qd illas teneant compescere aduersarii, appono illas clarioribus hisce tris: repugnantia alius Dei dat a parte rei, vel non repugnantia alius Dei dat a parte rei, tunc sic: si repugnantia alius Dei dat a parte rei, ecce iam unum impole a parte rei, quale e repugnantia alius Dei, si non repugnantia alius Dei dat a parte rei, ecce aliud impole a parte rei, quale e, qd dat a parte rei non repugnantia Dei alius: qd ad hc respondebis? hoc idem aptat huc argumentioni; sed prote etiam hanc obiectionem

dissoluo eodem modo, ac superius alia solvi: repugnantia alius Dei datur à parte rei, hoc est si alius Deus ponatur à parte rei, erit Deus, et non erit Deus; concedo: erit absolute Deus, nego: itaque quando dicimus, quod aliquid repugnat, vel non repugnat à parte rei, non ideo volumus dicere, quod detur absolute aliquid, quod sit in rerum natura, et supra, quod cadat talis repugnantia, vel non repugnantia predicatorum; sed solummodo volumus dicere, quod si detur, et ponatur in rerum natura id de quo inquirimus, quod involuat praeter contradictoria, si fuerit impossibile, vel illa non involuat, si possibile fuerit.

Alia solutione respondeo his, et similibus paralogismis, qui in magnas angustias vexatos, quamplurimos detruxere, ut clarior evadat instituo argumentum hoc: repugnantia chymerae datur à parte rei; si neges infero: ergo non repugnantia chymerae datur à parte rei: ergo repugnantia, et non repugnantia erunt contradictorii; et ecce maxime ad chymeram à parte rei, quae erit maior chymera, quam quod à parte rei detur non repugnantia chymerae? respondeo breviter, quod terminus iste non repugnantia chymerae habet duplicem sensum primus est: datur non esse repugnantiae chymerae, seu datur negatio chymerae: quo modo sicut quando non datur Deus, datur non esse Dei, seu negatio illius, sic quando non datur repugnantia chymerae, datur non repugnantia illius, sed negatio, seu suum non esse: secundum sensum est, quod per ly non repugnantia, intelligatur aliquid positivum, vere, et realiter existens, hoc duplici sensu non repugnantiae ita intellecto, iam informam ad paralogismum respondeo, quod à parte rei datur non repugnantia chymerae, hoc est non

chymera, seu non eē chymerę, aut negatio chymerę: non autē, p͡ ly non repugnantia debemus intelligere aliqd positivū: Nã q̃ esset altera chymera intelligere aliqd verū, et reale á parte rei illius rei, quę ē impotis.

Caput 9m illationes aliquot et nostra sententia.

Primo infert, qd Deus non possit cognoscere ens raonis, qd quidē neutiquã provenit ex defectu divinę scientię; sed q̃a cũ non det ens raonis, nec possit dari, inde fit, qd Deus nequeat cognoscere illud, aliã Deus esset mendax, et sua scientia falibilis: quoniã cognosceret id, qd nec ē, nec potest eē: infert 2; qd etiã superflua ē illa quęstio, quę inquirit utrũ Deus efficiat ens rationis p assensū, vel dissensū: q̃a cũ nec det, nec p assensū, nec p dissensū potest facere illud. Tertio infert, qd deberent iã aboleri illę quęstiones, quę rogant, fiat ne ens raonis á Creaturis p actũ verũ, vel p actũ falsũ; p actũ voluntatis apprehentionis, vel p sensus corporeos; nec non utrũ ens rationis constet ex partibus omnino realibus, vel ex partibus imposibilibus, vel utrũ intrus faciat talē identificationẽ prędicatorũ contradictoriorũ; omnia inquã ista aboleri deberent: q̃a fundant in falso principio, videlicet in eo, qd det ens rationis.

Infert 4; qd quodlibet obiẽ impotē, qd noster intrus cognoscit antequã cognitũ sit, iã erat cognitũ á sapientia divina; rão ē, q̃a nihil incipit

Deus denouo cognoscere: omnia enim, quęcunque cognoscit hic, et nunc, iam erant peruia diuinę menti ab ęterno, unde casu, quo permittamus aduersarii, quod faciamus ens rationis, tenemur, et tenent dicere, quod antequam ens rationis fiat ab intellectu humano, iam factum, et cognitum erat ab ęterno ab intellectu diuino, sic in sententia, quę admittit ens rationis debet dici, quod Deus faciat illud.

Infert 5o; si ab ęterno antequam cognoscamus impossibile aliquod, iam illud erat cognitum ab ęterno a sapientia diuina, nostra doctrina, quę asserit, quod nos non facimus impossibilia; sed illa tantummodo cognoscimus verissima sit, quandoquidem antequam noster accederet intellectus, iam intellectus diuinus tale cognouerat impossibile, quin dicamus, quod ex eo, quod Deus tale impossibile cognouerit, illud effecerit: ergo similiter dicendum, quod etiam si nos cognoscamus impossibilia, non ideo illa faciamus: quę constant, quę superius accepta sunt secundo, et tertio capite huius disputationis.

25

Tractatus 3.us de distintionibus.

Tractatus iste solet distintionum in Metaphisica a quam plurimis DDbus, tanquam propria in sede collocari: etenim res est undequaque metaphisica; sed cum magna, et melior pars (usu praeeunte) Metaphisicae tractetur in Logica, inde est, quod de distintionibus etiam in logica agendum sit: ego enim nescio quo pacto possemus agere in logica de universalibus, rationibusque communibus, quin prius naturam distintionum investigaverimus: itaque vel omnino relinquenda sunt universalia in libris logicis, vel in illis de distintionibus disserendum est.

Disputatio 1a de distintione reali rerum. Caput 1 quid sit realis identitas?

Operae pretium est, ut antequam de distinctione reali disseramus quidnam sit identitas explicemus: res adeo explicatu difficilis, ut aliqui non inferioris notae teologi censuerint illam definiri non posse: dicunt aliqui cum Patre Suares, quod inseparabilitas mutua duorum praedicatorum est realis identitas duorum inter se, ut v.g. inseparabilitas horum duorum praedicatorum animal rationale in hoc est identitas propter quam animal est rationale, et rationale est animal; sed quidquid isti dicant Auctores, hoc nullo pacto est doctrina Patris Francisci Suares; imo potius eximius Doctor docuit, quod inseparabilitas, non erat identitas formalis; sed solum signum illius, verum quid sit

hęc identitatis sententia omnino falsa ē: q̃ tres divinę personę sȗ mutuo int̃ se inseparabilis, et nihilominus realit̃ distinguunt: nec non in sententia, quę admittit conexionem Dei cum creaturis, Deus nequit ēe sine creaturis, neq̃ creaturę sine Deo, et tamen Deus distinguit realit̃ à creaturis, et creaturę realit̃ distinguunt à Deo, ideo aliō quęrenda ē identitatis rao, et essentia.

Alia sententia asserit, qd̃ identitas sit summa duorum conceptuum communicatio; sed qd̃ ē summe communicari? quodnam ē una res ēe summe alteri communicata? dices, qd̃ sit idem cum altera; sed ecce committis circulum vitiosum, et reddis pro raone idipsum, qd̃ à te scire procupio, dicito, qd̃ ē ēe idem; nam ego investigo, qd̃ sit identitas.

Resentior quidam asserunt, identitatem realem ēe raonem illam p quam duo conceptus redduntur incapaces, ut de illis verificentur prędicata contradictoria à parte rei: modus iste loquendi, solum displicet mēo, qd̃ apponit ad identitatem duos conceptus: q̃ quamvis talis conceptus apponat post operationem animus, nihilominus ad veritatem essentiam q̃ identitatis sufficit unus, et idem conceptus: itaq̃ materia, quę res una ē, ē idem realit̃, seu habet identitatem cum seipsa: q̃ ea ē natura identitatis, ut petat semper unam indivisibilem q̃ rem: licet in verbis sonent duę: sic quando dicimus Pq̃ daiat tria sonant in mente, et vocibus; verum idem et unum significatū, qd̃ ē Pq̃; si etiam duo significarentur, esset

falsa propositio, et non datur identitas.

Alia sententia docet, quod identitas consistit in eo, quod determinet fundamentum ad propositiones affirmativas veras, et negativas falsas in materia naria: haec sententia displicet: quia assignat respectu cuiusdam determinat esse talis propositio, affirmativa, seu negativa: nam sententia et quamcumque res potest fieri propositio affirmativa, vel esse negativa falsa: quia quaelibet res habet suam esse determinatam: itaque determinet explicare talis sententia respectu practici, aut ubi determinet esse talis affirmatio, et negatio.

Ego ante 1 censeo esse duplicem identitatem, aliam realem, et aliam formalissimam, identitas realis est illa, quae datur ante omnem intellectus operationem, consistitque in illa entitate quoquo pacto illa sit, sive positiva, sive negativa de qua nequeunt verificari duo praedicata contradictoria: sic a parte rei Petrus est idem cum homine: quia nequit verificari ante operationem intellectus de Petro, quod sit homo, et non sit homo: quod sit Petrus et non sit Petrus; sic in eodem Petro animal, et rationale sunt idem: quia nequit a parte rei dici de animali, quod est in Petro, quod non sit rationale, et de rationali, quod non sit animal.

Dicendum 2 censeo, quod identitas formalissima (utor nomine formalissima, ut sic significem identitatem post operationem intellectus: nam quamplurimi solent appellare identitatem illam realem nomine identitatis formalis)

consistit in eo entitate, seu prato, cui post labores intrus nequeunt convenire duo prata contradictoria sicut aiat, et rationale sint idem à parte rei, nihilominus post labores intrus distinguunt: q conceptus aialis non e conceptus rationalis, licet conceptus aialis sit idem formalissime, cum conceptu animalis, et conceptus rationalis, et idem formalissime, cum conceptu rationalis.

Qd si oppones, qd Paternitas, et essentia divina si idem realiter, et nihilominus illis conveniant prata contradictoria: etenim paternitati convenit non communicari, essentiæ divinæ communicari: respondeo benè negando eé prata contradictoria: q non verificant de eodem indistincto realiter, et e indistincto virtualiter: q essentia divina virtualiter distinguit à divina paternitate: et ad hoc, ut aliqua prata sint contradictoria (necessum e) qd sint eiusdem omnino subti, et prædicati: qd autem sit distio virtualis dicam, dum oportunitas se se obtulerit.

Caput 2m definit, et dividit distinctio realis.

Distinctio realis, inquit Pr Puente Hurtado D 6 Metaphiscæ sesse 2 subsesse 1, e illa quæ dat à parte rei, seu ante omnem intrus operationem: nam ens reale dicit illud, qd ante omnem dat operationem intrus: peccat in multis hæc defitio: peccat 1: q distinctio virtualis dat à parte rei, et tamen distio virtualis non e absolute realis distio: insuper Scotistæ uno omnium ore admittunt

suas distiones et natura rei, quæ ante omne opus intus in eorum sententia existit, et nihilominus recusant obsurdé concedere tales distiones esse absolute reales: peccat in tali distio, do enim, quod distio realis detur a parte rei, et ante omnes intrus operationes: quod rogo ad hunc est illa distintio? est ne defio, Angelus, an homo, an anima rationalis? idem non sufficit, quod realis distio detur á parte rei; sed ulterius requiritur, ut explicet quidnam illa sit.

Propter hoc dixerunt plurimi mi, reales distiones esse negationes identitatis unius rei cum alia; sed hæc definitio sustineri non potest: quoniam non relinquit locum illis sententiis, quæ non positivo prædicato reales collocant distiones, et in positivo, et negativo, ut aliis magis placet: insuper ante quam daretur aqua, et ignis erat verum dicere, hic, et nunc actualiter datur negatio identitatis inter aquam, et ignem, et tamen verum non erat dicere, ignis, et aqua actualiter distinguntur: quia ut distinguerent actualiter, erat necessarium, quod actualiter aliquis saltem illorum daret.

Dico igitur reales distiones esse, quod una entitas non sit alia; vel si tibi magis arriserit, dicito distiones reales esse illas entitates per quas una res excludit identitatem cum alia. Per has entitates nolo intelligere duntaxat res positivas; sed quamlibet rem: quoniam utor nomine entitatis, eo quod non detur copia verborum, ut meos possim manifestare conceptus, sic negatio, privatio, nihil

nihileitas ista nomine entitatis ingrediuntur, quod si opponas, quod dictio haec explicat obscurum per obscurius, eo quod obscurius sit, quod una res non sit alia, vel, quod una res excludat identitatem, id negabo: quoniam quod clarius ad distinctionem quam, quod una res non sit alia, vel, quod excludat identitatem cum alia.

Distinctio realis dividitur in distinctionem rei à re; modi à modo, et modi à re: distinctio rei à re est illa, quae datur in duas entitates, quarum neutra est modus alterius, ut est illa distinctio, quae datur inter hominem, Angelum: distinctio modi à re, seu distinctio modi à modo communiter appellatur modalis distinctio, et quod ad presens attinet institutum, modos, seu entitates modales appellamus illas, quae vel sunt actiones, passiones, ubicationes, uniones etc., sic locutus sum omnino philosophice, donec in sequentibus exponam, quod constituit essentia modi in suo forte [illegible] nimirum conceptu: res quidem explicatu difficilis, et quam Pater Cale inexplicabilem reddit Dei logices sesse 1 n. 1 dicens, quod cum res creatae sint imperfectae, ac proinde, vel dependentes, vel limitatae, vel compositae, aut secundum varios status mutabiles, hinc habere entitates aliquas debent à se distinctas, quas non his rationibus perficiant.

Sed quis non videat doctrinae huius falsitatem, cum verum etiam sit, quod per accidentia, quae modi non sunt, ut calor etc., ac bedines, [illegible] ista perficiunt entitates creatas, etiam fatendum est, quod addit idem Carletonus, vide

videlicet, qd sit proprium modorum non posse separari à propriis subtis, nec de potia Dei ablata id, qd inquit ille, non convenit accidentibus; sed unde scit Carleton, qd id accidentibus non competat? nonne in sententia Patris Arriaga ubi modus è, etamen è qd ablatus? nonne probabilissima sententia tenet, qd intellectio, seu actus intrus sint actiones ipsorum met; itaut non indigeant actione realitr distincta, ut producantr; et anima rationalis in sententia aliquorum, et antiquis, et aliquorum ex Rlibus nonne è ratio fralis uniendi se cum materia? et tamen forma substantialis potest optime existere sine materia?

Hanc divitiones distionis modi à re, et modi à modo superfluas ee semper apud me stabilivi; itaut si debet dari, debent admitti innumerabiles divitiones distionis hois ab equo, equi à leone, leonis à tauro ttc: qa non dar maior ratio, cum oñes istæ distiones sint, tam reales, sicut modi à modo, et modi à re realesti: etenim oñes illæ dantr ante oñem intrus operationem.

Dividitr insuper distio in distiones reales actuales, et in distiones virtuales: distio realis actualis è illa, quæ dar ante operationem intrus intr duas entitates, quarum neutra è alia et illis, ut è distio, quæ dar intr Angelum, et animas rationales, quorum neuter è alius: distio virtualis è illa, quæ dar intr illas, quæ idem actualitr sunt: qa identificatæ sunt; at æquivalent virtute pluribus rebus, et ita se habent, ac si essent diversa

cum diuersa non sint; sed sint idem realiter actualiter; sic se habent relationes diuinæ cum essentia diuina, quæ quamuis vere, et realiter actualiter sit idem cum ipsis, et idem cum se ipsa; nihilominus ita se habent relationes cum essentia, ac si ab essentia distinguerentur: nam quamuis sit idem essentia cum relationibus, competit relationibus esse relationes, non uero competit essentiæ, et essentiæ competit esse essentiam, quod non competit relationibus, quamuis idem sint relationes, et essentia, et ad hanc diuersitatem possumus dicere de illis, quod distinguantur virtualiter, hoc est, quod ita se habeant, ac si distinguerentur, et sic intelligenda est virtualis distinctio, et sic appellanda est, non autem appellari debet realis distinctio absolute; sed distinctio virtualis, aut eminentialis distinctio.

Quod, ut meis auditoribus facilius ad hunc exponere possim utor hoc aliquali exemplo pro virtuali distinctione: qui habet nummos aureos vere habet aurum, non autem habet vestes, panem, condimenta, et alia quæ possint compescere famem, et sedare sitim; sed propter eminentiam valorem huius metalli, dicimus illum habere vestes, panem, condimenta etc. quia quamuis formaliter illa omnia non sint aurum, aurum nihilominus illa continent: quoniam cum illo ea omnia possunt adquiri, et adquiruntur de facto; sic quamuis paternitas, et essentia non sint distinctæ realiter; attamen ita se habent propter suam eminentiam, et valorem, ac si essent distinctæ, et sicut est verum dicere, aurum est duntaxat aurum, non vestes, non panes; ita de

essentia divina, et divina paternitate è verum dicere, sunt idem, non sunt distinctæ; quod si distinctæ sint, solum est virtute, seu virtualiter eminentia, seu eminentialiter; sicut aurum, quod è vestis, et panis virtute, eminentia, et valore.

Hanc distinctionem virtualem sic aliqualiter explicatam, dicunt aliqui, quod sit in Deo propter ipsius Dei infinitatem; sed Deo auspice dum de liberalitate creata noster sermo occurrat, probabimus satis efficaciter illam esse admittendam in aliquibus partis Creaturarum, ex quo infert, quod talis distinctio virtualis infinitatem non arguat, quandoquidem invenitur in Creaturis, quæ finitæ, et limitatæ sunt.

Solent aliqui removere distinctiones istas virtuales eo, quod dicant, quod illa admissa destruat principium illud Aristotelicum, et ab omnibus admissum; videlicet: quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se: sed ipsi, qui tales removent distinctiones, quamvis illam removeant, fateri tenentur, quod Aristotelicum illud principium non habet locum in divinis eo modo, quo ab Aristotele divinæ triados ignaro intellectum fuit; imo asserere tenentur verificari duo prædicata contradictoria in Deo, quod abest ab optimo Philosopho: quia si verificatio duorum contradictoriorum è chymera, ipsi negantes virtuales distinctiones, faciunt ipsum divinum numen suo modo correspondendi chymæram: quia admittunt, quod duo prædicata contradictoria in ipso sanctissimo numine verificentur, quod si in Deo prædicata contradictoria non sunt, nullibi erunt prædicata contradictoria: quia id, quod in suo esse semel non repugnat, nunquam repugnare necesse:

essentiæ enim rerum æternæ, et indefectibiles, ne habeant effugium, si ad virtuales distiones non se se recipiant.

Propt[er]
hæc dicunt aliqui, ut tale principium inviolatum persistat, q[uo]d hæc arguatio essentia divina ē Paternitas; filiatio ē essentia divina: ergo filiatio ē Paternitas: ideo non ēē legitima: quoniam in maiori præmissa terminus ille essentia non ē distributivus, hoc ē non supponit suppositione distributiva hoc pacto: q[ui]dq[ui]d ē essentia divina ē Paternitas; sed cum hunc respondendi modum statim se se offert impugnatio: ideo dico adversariis: quare de causa non distribuit talis terminus, nec potest distribui? si paternitas, si filiatio, si q[ui]dq[ui]d ē ideo identificatum cum essentia divina, et ipsa divina essentia ē paternitas ipsa, cur nequit dici? q[uo]d q[ui]dq[ui]d ē essentia divina, sit etiam divina Paternitas?

Respondent isti negantes virtuales distiones, q[uo]d ideo q[ui]dq[ui]d ē essentia divina, non ē Paternitas: quoniam hoc ē admirabile sacramentum divinæ, et ineffabilis Triados: bene; sed eo eiam negantes virtuales distiones, illam admittunt, dum illam negant: id, q[uo]d probo: nonne dicunt, et dicere debent, q[uo]d etiam si essentia divina sit idem cum Paternitate, et idem cum filiatione, q[uo]d non o[mn]e, q[uo]d competit filiationi competit essentiæ divinæ? et q[uo]d non o[mn]e, q[uo]d competit Paternitati, competit essentiæ divinæ? et non o[mn]e, q[uo]d competit essentiæ divinæ, competit Paternitati? utique hoc dicunt; sed id ipsum dicimus nos virtuales distiones esse q[uo]d ē dicere, q[uo]d quamvis essentia, et relationes sint

idem, quod ita se habeant, ac si distinguerent, cum tamen non distinguant absolute loquendo: ecce quo modo isti DD. solum abhorrent nomen distinctionis virtualis, cum tamen id ipsum in re admittant, et amplectantur.

Nos autem asserimus, quod tale principium potius perficitur quam destruitur in divinis, quandoquidem inibi exponitur, apperitur que gratum quod datur, quod non dum temporibus Aristotelis cognitum erat: postquam igitur christiano sæculo divina revelatione cognitum est: dicimus defendimusque, quod hoc facto debet efformari tale principium, ut sibi habeat ars syllogistica, illaque uti possimus in divinis: quæ sunt eadem uni tertio indistincto realiter, et indistincto virtualiter sunt idem inter se: ex quo manifeste apparet, quod ars syllogistica etiam in proprietatibus, pationibusque divinis persistat: ideo etiam colligitur falacia huius syllogismi: essentia divina, est Paternitas divina; sed filiatio divina est essentia divina: ergo filiatio divina est Paternitas divina: colligitur inquam talis syllogismi falascia: quia non ex eo quod sint idem cum essentia, Paternitas, et filiatio, sequitur, quod sint idem inter se: quia ad hoc, ut essent inter se idem, requireretur, quod essentia cum illis relationibus esset idem, non solum realiter; sed etiam virtualiter.

Dividitur ad huc realis distinctio, in distinctionem specificam, et materialem: distinctio specifica datur inter duas res specie distinctas, ut homo, et equus, qui specie distinguuntur: alia enim est species humana, et alia species equina: distinctio materialis est illa quæ datur inter duas entitates, quæ quamvis

sint eiusdem speciei distinguuntur tamen inter se plus quam numero v.g. Mulier quamvis sit eiusdem speciei cum viro magis tamen differt á viro, quam ab altera Muliere: et Vir magis distinguitur á Muliere, quam ab altero viro.

Verum quando illę duę entitates eiusdem omnino speciei, et non distinguuntur materialiter, tunc dicuntur distingui distinctione numerica; sic distinguuntur inter se Petrus, et Paulus, qui cum materialiter non distinguantur, et sint eiusdem omnino speciei, dicuntur solo numero distingui; alia denique distinctionis pars appellatur includentis ab incluso, et est illa distinctio, quę intercedit inter totum, et singulas eius partes: homo v.g. constans ex hac triplici parte materia, forma, et unione, et cum quęlibet pars illarum includatur in toto illo videlicet hoc, inde fit, quod dicatur quęlibet pars hominis distincta ab hoc distinctione includentis ab incluso: includens enim appellatur totum homo: inclusum appellatur id, quod in tali toto includitur, illud quod constituit in ratione totius.

Hic inseri solet á DDbus speciale caput de signis ad reales distinctiones dignoscendas: ab illis ego facile me expediam: quia illa, quę dubia sunt, relinquam, ut ex professo suis in locis examinanda: assignant quamplurimi pro signo realis distinctionis, quod una res sit causa alterius; sed prius investigandum est, an possit, vel non possit aliqua causa se ipsam causare? ad quam dubitationem respondimus affirmative libro de Physicorum cum Patre Arr, et ingeniosis aliquibus RRbus: assignant insuper pro signis realis distinctionis diversitatem locorum

ca enim, quae sunt naliter in diversis locis realiter aiunt, distinguuntur; sed hoc mihi signum non est: quae enim implicatio dabitur in eo, quod Deus ponat a parte rei creaturas aliquas, quae possint naliter existere in multiplici loco adaequato; imo defendam in Physicis, quod naturaliter quoad substantiam potest quaelibet res existere naturaliter in multiplici loco adaequato; ideo solum haec sunt infallibilia apud me signa realis distinctionis: primum quando unum potest perire absolute, altero perseverante, tunc signum est realis distinctionis inter utrumque; secundum quando unum potest habere, et accipere esse verum, et reale, et adaequatum per distinctas actiones, ac aliud, tunc manifestum signum est realis distinctionis.

Caput 9m utrum distinctio realis consistat in positivo, vel in negativo.

Multorum sententia est, quod realis distinctionis essentia in negatione quadam consistat; sed semper mihi satis visa fuit sententia sancti Thomae, et Nominalium, quae defenditur a Patribus Ubi, Carleton, et Hur. asserentibus illam consistere in positivo, quando autem dicitur in positivo solum volo intelligere cum iisdem Patribus, quod distinctio realis consistit in ipsa entitate rei, quae distincta dicitur, et quae multoties est entitas negativa, ut negatio alius Dei, quae distinguitur a negatione alterius mundi; ideo conformius mihi videtur dici, si dicatur, quod realis distinctio consistit in entitate illa, quae distincta dicitur, sive positiva, sive

negatiua sint.

At quamuis excludamus á formalissimo conceptu realis distiones negationes identitatis inter ipsas res, quæ realiter distinctæ sunt, non ideo negamus dari tales negationes: etenim sicut á conceptu formalissimo excludimus conceptus risibilitatis, et admirabilitatis; solum q. admittimus conceptus rationalitatis, et animalitatis: et nihilominus conceptus risibilitatis, et admirabilitatis, dicimus dari uere, et proprie in hóe: ita similiter licet uerum sit, qd detur inter duas res distinctas negatio identitatis: asserimus tales negationes non requiri ad conceptum formalissimum essentiamque realis distionis; sed negationes se habere respectu realis distionis; sicut se habet risibilitas, et admirabilitas respectu humanæ essentiæ.

Hanc sententiam sic probo 1.º; antequam intelligatur in Petro negatio Ioannis intelligitur, qd Petrus non sit Ioannes, et intelligitur, qd Ioannes non sit Petrus: ergo independenter á negatione Ioannis, habet Petrus esse Petrus; et independenter á negatione Petri, habet Ioannes esse Ioannes: ergo ad formalem conceptum realis distionis, non requiritur negatio identitatis; sed sufficit ipsa entitas in suo esse. probatur antecedens: quia id formalissime Petrus distinguitur á Ioanne per qd non est Ioannes; sed est Petrus: sed per proprium suum esse Ioannes non est Petrus, neque Petrus est Ioannes; sed est Petrus: ergo antequam negatio Petri, et negatio Ioannes intelligantur, intelligitur, qd Petrus non sit Ioannes, et qd Ioannes non sit Petrus.

Qd autem id con-

constituat Petrus distinctus à Ioanne per quod non est Ioannes; sed est Petrus probatur: quoniam per id Petrus non est equus per quod est formalissime homo: ergo similiter per id erit distinctus formalissime à Ioanne, per quod formalissime est Petrus: quod autem per id formalissime Petrus non sit equus; sed sit distinctus ab equo per quod formalissime est homo probatur: quia per hoc praecise, quod homo sit homo, homo non est equus; sed per suas proprias entitates homo est homo; ergo per suas proprias entitates homo distinguitur ab equo: ergo independenter à negatione aliqua homo non est equus, et equus non est homo: tunc sit: ergo si per suas entitates homo non est equus, per suas proprias entitates independenter à negatione Petrus erit non Ioannes, seu distinctus à Ioanne.

Probo 2:

negatio alterius Mundi distinguitur realiter à negatione Antichristi, ut per se patet: quoniam negatio Antichristi non est negatio alterius Mundi; sed haec distinctio inter unam, et alteram negationem intervenit id est negatio identitatis inter utramque partem: ergo negatio non requirit ad conceptum formalem distinctionis: maior est certa: quoniam quamvis utraque negatio non sit entitas positiva hoc non obstat ad realem distinctionem; etenim illa dicimus distincta realiter inter se, quae ante operationem intellectus non sunt idem à parte rei: minor probatur: quia si negatio identitatis interveniret inter utramque negationem, iam negatio esset contradictoria negationi, quod falsum est: etenim contradictorium rei negativae debet esse res positiva; aliter si negatio est contradictoria negationi, sequeretur, quod entitas positiva contradictoria negationi non sit:

(margin: negationem)

rao: q in optima Diala, una res nequit habere, nisi unicus duntaxat contradictorius: g° dicendus, qd non requirat negatio identitatis ad formales conceptus distionis.

Probat°: Pg distinguit realit à negatione ipsa identitatis, quas assignas int ipsus, et Paulus; sed non distinguit p alias negationes identitatis: g° non requirit negatio identitatis: dicunt aliqui, qd illa identitatis negatio non requirit alias identitatis negationes: q e rao fralis distinguendi, et una rão fralis non indiget altera ratione frali; sed contra: q eades negatio identitatis, quę hic, et nunc dat int Pm, et Paulus, qui realit distincti st, dat ab ęterno; et tames ab ęterno non erat verus dicere, hic, et nunc Pg è distinctus à Paulo: q ab ęterno non erat Pg, nec erat Paulus.

Dices: erant distinti: q ab ęterno erat verus dicere hic, et nunc Pg non è Paulus: contra, tibi do, qd hoc modo, quem admittis, sint distincti ab ęterno, quatus potest de illis verificari, qd unus non sit alius; verus mihi dicito: hic, et nunc in tempore non ne dicunt suas proprias entitates, quas non habebant ab ęterno? utiq id concedes: g° nunc in tempore diversus distionis genus habent Pg, et Paulus, quas habebant ab ęterno, si id admittas, ut admittere debes, implicas tbs: quoniass esset ides genus distionis, et non esset illa distio, quę daret ab ęterno, et illa, quę daret in tempore int Paulus, et Pm, id, qd sic probo: ratio fralis distionis p te

ē negatio identitatis int Pm, et Paulum; sed hęc ratio formalis distinctionis, quę dat in tempore, ē eadem, ac illa, quę dat ab ęterno: gº eadem distinctio ē, quę dat in tempore, ac ē distinctio, quę dat ab ęterno.

Dices: quatus ē distinctio, utiq idem ē distinctio in tempore, ac distinctio ab ęterno; verum quatus ē distinctio in tempore non ē eadem, ac distinctio ab ęterno: q affert una diversum statum, ac affert altera, et sic to solum distinguunt ratione statuum; non vero ratione formalis conceptus distinctionis, bene, sed contra: distinctio ista realis in tempore qd addit ad illam distinctionem ab ęterno? dices: entitates Pri, et Pauli, et tempus ipsum contra; q entitates Pri, et Pauli, et temporis nequeunt afferri: q.a Π entitates positivę, et tu collocas distinctionem in negativa entitate.

Propt hoc dixit nobilis quidam recentior, qd Pg distinguit ab ipsa negatione identitatis, et aliam identitatis negationem: et sic non recusat concedere processum infinitum negationum: ait enim, qd processus in infinitum solum debet obiici entitatum positivarum; non vero entitatum mere negativarum: quoniam hic, et nunc dat infinitis infinitum negationum infinitarum rerum, quas Deus posset ponere à parte rei; sed concedo huic Magistro hic, et nunc esset verum dari infinitas negationes à parte rei, id quae nullius esset absurdi: at substinere non potest: qd det negationis negatio, quę qd positivum sit: etenim sicut negatio rei positivę ē qd negativum, ita negatio rei negativę, seu negatio nis, debet ēe qd positivum, ut antea

supra diximus.

Probo 4: si negatio identitatis int' Pm, et Paulus esset conceptus fr̃alis distionis, sequeret', q̃d distintio nihil aliud esset, quam negatio cuiusdam chymeræ, id, q̃d probat': identitas int' Pm, et Paulum, ẽ quoddam impõle, et chymæra: igit' negatio identitatis ẽ quædam negatio impõlis, et chymeræ, quæ negatio sive det' Pg, et Paulus, sive non dent', semper eodem modo dandae: nam semper eodem modo non dabit' chymera, ut pote impõlis: impõle enim numquam dari necesse ẽ, quis autem dicet, q̃d negatio cuiusdam impõlis ẽ distintio intersedens int' Pm, et Paulum.

Dices: identitas int' Pm, et Paulum non ẽ q̃d impõle; sed põle, impõle enim esset, si daret' identitas, et simul daret' distio int' Pm, et Paulum; sed tu asseris, q̃d si daret identitas omni ablata distione, et sic põlis esset talis identitas, q̃ identitas sine distione non repugnat, sicut nunc põle ẽ, q̃d ratio riale sit idem cum admirativo; sed contra: q̃ ẽẽ Pg et se non repugnat ẽẽ idem cum paulo, et Paulus et se non repugnat ẽẽ idem cum Pẽo, non repugnabit etiam, q̃d aliquando uterq̃ idem sint: sicut ex eo, q̃d non repugnat, q̃d forma uniat' materiæ, et materia unia' formæ, possunt aliquando ẽẽ simul unitæ int' se: et non repugnat, q̃d det' nunc unio; non vero negatio unionis int' utranq̃: q̃ similiter non repugnabit, q̃d det' nunc identitas; nunc identitatis negatio int' Pm, et Paulum; q̃d si concedas, magnam chymeram admittis, negas q̃ commune, et celebre Philosophorum pro

proloquium, videlicet, quæ semel identificant, semper identificant, et quæ semel distinguunt, semper distinguunt: et ratio est: quia quodquod est aliquid non potest non esse id, quod revera est.

In hac doctrina fundatur, quod licet potuerit Deus non producere Petrum, quem produxit, et licet postquam illum produxit, potuerit destruere illum, et licet possit illum convertere in lapidem, ut uxorem Lot illum corrumpendo eo modo, quod dicemus in libris de ortu, et interitu; non tamen potest Deus facere, quod Petrus, qui est homo, sit simia, aut equus: quia si Petrus esset simia, aut equus, tunc non esset Petrus; sed esset equus, aut simia, quæ sunt aliud diversum ab illo.

Hæc distinctio realis, sic constituta, et explicata potest dupliciter considerari: primo modo, ita ut sit distinctio transcendentalis in omni ente reperta, et ita, ut sit distinctio prædicamentalis. Distinctio prædicamentalis est illa, quæ datur inter duas entitates, quatenus dicunt relationes diversitatis, et in isto casu distinctio, quæ datur inter Petrum, et Paulum constituit per ipsum Petrum, qui non est Paulus, et per ipsum Paulum, qui non est Petrus; ita ut utrumque ingrediatur extremum, tanquam constitutivum distinctionis eo modo, quo dicimus quod veritas consistit in utroque extremo, videlicet in ipsa entitate actus, nec non in eo, quod absolute se habeat, sicut repræsentat obiectum, de qua prædicamentali distinctione latius reddet nostis sermo, dum de relationibus in communi, et particulari et instituto agemus, interim tamen hæc prælibasse sufficiat.

Distio

transcendentalis solum dicit formaliter entitatem Pauli respicientem Petrum, ut terminum sui respectus dicitur praedica-

hæc * distinctio

*tio transcendentalis: quae est passio, et proprietas omnium entium, omnia etenim entia distinguunt, et in hoc casu, quo consideretur Petrus, ut distinctus transcendentaliter se habet, sicut actus internus, qui transcendentaliter refert ad suum obiectum, quod respicit, non ut partes essentiales sui; sed tantum, ut terminum: actus enim ditionis, quo respicio parietes, non constituitur per parietes, quamvis sine illo dari non possit, et totus ad illum sit.

Et hoc infert, quod quando nullum datur extremum, nequit vere, et proprie dici unum esse distinctum ab alio, sive distio sit transcendentalis, sive praedicamentalis sit V. g. Antichristus, et alius Mundus vere, et proprie non distinguunt: ratio est: quia id, quod vere, et proprie non est, nequit dici de illo, quod vere, et proprie distinguatur; si autem velis dicere, quod distinguatur vere, et proprie eo modo, quo vere, et proprie est, hoc modo non inficiabor admittere: quoniam hoc nihil aliud est, quam dicere, quod de facto absolute, Antichristus, et alius Mundus non distinguuntur, sed quod distinguerent, si essent; et cum de facto absolute non sint, absolute de facto non distinguunt.

6 Infert etiam, quod si sit unum extremum, et aliud non, ut de facto datur, et est Petrus; non vero Antichristus in hoc casu dicendum est, quod detur vere, et proprie distio transcendentalis, quae solum petit entitatem Petri; non vero

dabit distinctio prędicamentalis: quoniam ad illam requirit utrumque extremum, ut diximus, dicemusque in sequentibus; cum igitur non detur, nisi unicum duntaxat extremum, nequit dici, quod detur distinctio diversitatis: denique infertur, quod inter Petrum, et suam negationem nequeat dari distinctio prędicamentalis: quia ad hanc erat necesse, quod daretur utrumque extremum; cum autem quando datur negatio Petri, non detur, Petrus, et quando datur Petrus non detur sua negatio, inde est quod inter eos non sit distinctio prędicamentalis; licet sit transcendentalis distinctio, quę non petit, nisi respicere alium terminum.

Caput 4m argumenta adversariorum enerdantur.

Arguunt primum: unum distingui ab alio, est unum non esse aliud; sed unum non esse aliud formaliter est negatio: ergo unum distingui ab alio formaliter est negatio: respondeo distinguendo maiorem claritatis gratia, quamvis illam posse absolute concedere: unum distingui ab alio, est unum non esse aliud per sui non esse: nego maiorem; per proprium sui esse: concedo maiorem; similiter distinguenda est minor; sed unum non esse aliud per sui non esse, formaliter est negatio: concedo minorem; per proprium sui esse: nego minorem; et nego consequentiam.

Ut bene percalleatur distinctio tradita sciendum est, quod eadem res, quę positiva est potest explicari modo negativo, ita ut verba sonent negationem, et significent entitatem positivam, ut diximus

de equo, quod sit non homo: quando quidem nos non homo significare volumus, quod sit equus: quia equus revera non est homo, non autem volumus significare negationem hominis, seu ipsius non esse hominis, quae doctrina eius apud adversarios militet, ipsis [redacted] nostra est: ipsi enim dicunt, quod dantur terminus infinitatio, asseruntque, quod equus sit non Deus, quod Deus sit non equus, Caelum sit non terra, terra sit non mare et ita in aliis exemplis ab adversariis admissis, et admittendis apparet, quod entitas positiva explicet modo negativo; et tali modo negativo significet solummodo rem positivam; non vero significet negatio aliqua; siquidem si significaret aliqua negatio sequeretur, quod esset falsa ista propositio Deus est non equus: quia Deus non est negatio equi; sed solum sua propria entitas divina; sic igitur adversarii tenent dicere, quod in hac propositione Deus est distinctus ab equo tenent dicere, quod non ingrediatur negatio: aliter Deus distinctus esset negatio, et equus distinctus esset negatio.

Verum dicent adversarii, quod utique Deus distinctus, seu Deus prout distinctus dicat negationem; sed ecce statim mi fallor validas in illos impugnationes: ipsi dicunt, quod Deus, quod distinctus ab equo dicit duo, et Deum, et negationem equi, tunc sic arguo: iam in hoc concreto Deus distinctus inveniuntur duo unum, quod est Deus, alterum, quod est negatio equi, rogo nunc: quid mihi hic obstat, ut loquar de singulis partibus concreti seorsim, et non de toto concreto? profecto nihil; immo

si essent realiter identificata, ut si realiter distincta, poteramus loqui de singulis separatis, ut loquimur de animali, rationali &c; de essentia, et paternitate divinis, quantumvis sint idem realiter inter se.

Quaeri sit: loquor de partibus istius concreti Deus est negatio equi, et rogo Deus solus non intellecta illa negatione est idem cum equo, vel non est? si dicas, quod est idem cum equo, ecce foedissime blasphemas, si dicas, quod non est idem cum equo, ut dicere debes, rogabo te per quidnam non est Deus idem cum equo? dices: per illas negationes; contra: quia iam tibi supposui, convenimus &c; quod loquebar de solo Deo, quasi non daretur talis negatio, vel quin talis negatio intelligeretur; id, quod optime fieri potest, si ergo loquendo de solo Deo, quin intelligatur talis negatio, Deus intelligitur distinctus realiter ab equo: ergo non requiritur negatio, ut intelligatur Deus ab equo realiter distinctus, quod si dicas, quod per alteras negationes intelligitur realiter distinctus ab equo, ecce meo iudicio implicationes: quia intellectus nec adimit, nec ponit in rebus negationes, aut praedicata; sed solum cognoscit id ad quod tendit semper desinendo res in sua essentia invariatas: et ut ab historicis et peritis, dicitur notissimum, quod unum non esse aliud, est ipsa entitas illius explicata tamen modo negativo.

Argutus 2: id quod opponitur contradictorie identitati, est distinctio; sed id, quod opponitur contradictorie identitati

e negatio; ergo distinctio e negatio: respondeo, concedendo maiorem; distinguendo minorem; sed id, quod opponit identitati contradictorie e negatio logica; concedo minorem; sed id, quod opponit identitati contradictorie e negatio fisica: nego minorem: simili modo distinguendum e consequens: distinctio e negatio logica concedo consequentiam: e negatio phisica nego consequentiam: ad intelligentiam huius solutionis necessum e exponere quid in praesentiarum veniat nomine logicae negationis, de qua asserimus, quod opponat contradictorie identitati: igitur negatio logica dicit duo sub disiunctione, negationem phisicam indentitatis, vel essentiam positivam rei, quae explicat per hanc propositionem: non e identitas; haec autem formaliter potest verificari; vel per negationem phisicam: quia scilicet non sint extrema aliqua, quae identificent, vel per essentias positivas, quae distinguunt, id quod valde observandum retinendumque e: quoniam ex hoc pendet solutio ad quamlibet instantiam, quae hac super re potest occurrere.

Unde cum contradictorium identitatis sit, vel negatio identitatis, vel ipsa entitas de qua verificat, quod non sit idem cum altera, sequitur, quod si per impossibile poneret a parte rei negatio phisica inter animal, et rationale, adhuc animal, et rationale essent idem: quia remaneret identitas animalis et rationalis excludens omnino distinctionem petensque ee idem cum animali, et rationali.

Ex quo

sequitur, quod si per impossibile poneretur a parte rei negatio physica ~~[illegible]~~ huius mundi; non tolleret immediate immediatione ablationis iste mundus; sed poneret simul Mundus, et negatio physica Mundi: sic similiter licet poneret negatio physica identitatis per hypothesim impossibilem, quae datur in animal, et rationale, daretur simul identitas inter animal, et rationale, et simul daretur negatio physica identitatis.

Sed statim occurrens instabis: positio formalis unius contradictorii est destructio formalis alterius contradictorii; sed negatio physica huius mundi est contradictorium huic mundo: ergo posita negatione physica huius mundi, non potest dari iste mundus; sic similiter negatio physica identitatis, est contradictorium identitati: ergo posita negatione physica identitatis destrueretur identitas: totum robur huius instantiae idem est cum praecedenti argumento, et totum evanet asserendo, quod negatio physica huius mundi non est contradictoria huic mundo; sed solum est contraria: ratio est: quia contradictorium huius mundi est negatio logica, quae, ut dixi affert duo sub disiunctione, vel negationes physicas, vel ipsas entitates positivas huius mundi, quae si ablatae non sit, etiamsi detur illius negatio physica verificatur, quod mundus detur, et simul, quod detur negatio physica.

Itaque aliud est dari negationes physicas, et dari mun

mundus, et aliud dari, et non dari mundus, mundus daret, et non daret, si daret negatio logica mundi, et mundus; at vero si negatio phisica mundi daret, et mundus, absolute daret mundus, et absolute daret phisica illius negatio: sic similiter si daret identitas, et negatio phisica identitatis, utraque simul daret. Verum si daret negatio logica identitatis, et simul daret identitas, tunc daret, et non daret identitas.

Ne terreat te, quod impossibile sit, quod detur mundus in hypotesi impossibili, et simul negatio phisica mundi, quia ad investigandas formales conceptus essentiarum iuvant Dialectici, Metaphisicique his suppositionibus. Quod tibi clarius apparebit, dum his humilioribus et simplicibus percipies: impossibile est, quod per se homo, qui est risibilis, non sit risibilis, et nihilominus quamvis impossibile sit, quod risibilis non sit, hanc efformamus hypotesim, si per impossibile per se homo non esset risibilis esset adhuc homo, necne? et res non datur satis metaphisice, quod si per impossibile per se non esset risibilis, esset adhuc homo: quia praeter essentiam risibilis remanet in illo hominis essentia, quae est esse animal rationale, cum ablatio formalis et immediata risibilis non sit ablatio formalis, et immediata animalis, et rationalis; sed tantummodo est immediata ablatio risibilis.

Haud aliter in nostro casu: positio formalis, et immediata negationis phisicae non est ablatio formalis, et immediata mundi cum aliud sit mundus, aliud negatio phisica mundi adaequate, et realiter

ita q̃ ut auferret mundus immate, et fralit erat necesse, q̃d mundus auferret per mare, et fralit: qui quidem nullo alio auferret nisi ipsum ablatione logicam, quae quidem ablatio negatio logica est.

Verum cum fortasse alicui nimis dura praesens apparebit doctrina, videlicet, q̃d impossibile posse dari mundus, et negatio physica mundi; ideo operae pretium est illam amplius expendere; licet iterum, ac saepius in eadem, quae iam exposita manent, superfluum reicidam; sed cum sapientibus, et incipientibus debitor sim, teneor ultra invitus ad ea, quae iam exposui, iterum enucleanda. Ad quod suppono, q̃d quaelibet res, quae habet distinctam essentiam, adaequatam ab altera, est verum dicere, q̃d poni ipsam, non est poni alteram, à qua diversificat: Vg Paulum poni; et evidens est, q̃d non sit poni Petrum, et e converso, cum igitur haec ita sint, dico q̃d cum negatio physica mundi distincta q̃d sit à mundo necessum debet esse, q̃d aliud sit poni mundum, et aliud sit poni physicam negationem mundi, et e converso aliud sit destrui mundum, et aliud destrui ipsam physicam negationem mundi, cum quaelibet essentia distincta sit ab altera.

Unde sequitur, q̃d positio negationis physicae mundi non sit destructio fralis, et immata mundi, cum mundus sit aliud adaequate à negatione physica mundi, scilicet ad positionem negationis physicae mundi destruat mundum, destructio haec est ex consequenti, non vero

ē immata destructio, eo modo, quo ad destructionem
hois, qui de facto dat requiria destructio risibilis,
quæ quidem destructio risibilis ē et consequenti, hoc
ex eo, qd destruit homo, destruit id, qd ē idem risibilis;
verum non immate destruit risibile: q̃a si p impole
destrueret aial duntaxat, et rationale destrueret
homo, et risibile non destrueret; q̃a risibile prolit
non ē aial, et rationale, et potest intelligi concep-
tus risibilitatis, quin intelligat conceptus hois.

Et hoc
deducit, qd si p impole poneret mundus, et simul
phisica negatio mundi, non sequeret non posse dici
qd daret, et non daret mundus, quæ s. prædta contra-
dictoria; sed solum sequeret, qd daret mundus, et ne-
gatio phisica mundi, quæ s. contrariæ inter se. Sic
in nostro casu si destrueret negatio phisica identi-
tatis, quæ nunc dat int. Pm, et Paulum, adhuc non
poneret identitas, sed Pq, et Paulus manerent distin-
cti, et maneret distintio int. utrunq: q̃a alia ē adequa-
tē essentia phisicæ negationis, et alia ē adequa-
te essentia distionis. Essentia distionis int. Pm
et Paulum consistit in eo, qd Pq non sit Paulus, et Pa-
ulus non sit Pq ad qd uterq habet independent
ā phisica negatione p proprias suas entitates. Ita-
q si daret negatio phisica identitatis int. aial,
et rationale idem essent: q̃ idem d. p proprias entita-
tes. Et si destrueret negatio phisica identitatis
int. Paulum, et Pm; non tamen poneret identitas int.
ipsos: q̃a ipsi p proprias suas entitates repugnant, qd

identificent.

mentale, concedo coem, ad probationem respondeo concedendo maiorem, distinguo minorem: sed quidquid definitur eadem definitione cum alio, est idem cum illo fundamentaliter, concedo minorem, formaliter, nego minorem, itaque esse idem fundamentaliter cum aliquo solum est, quod detur à parte rei quaedam convenientia inter illos, ratione cuius intellectus coniungat illos, et ab illis rationem abstrahat coem.

Sed instas: quidquid competit definitioni, debet competere definito, et econtra: ergo si definitioni competit esse unum à parte rei, definito competet esse unum à parte rei. Respondeo, quod si intelligatur hoc antecedens in omni suo rigore est falsum, ut patet ex eo, quod definitioni competat esse actum intellectus: id, quod non competit definito: non enim homo est actus intellectus, licet sua definitio actus intellectus sit: itaque debes distinguere antecedens: quidquid competit definitioni quoad praedicata essentialia debet competere definito, et econtra, concedo antecedens; quidquid competit definitioni omni modo, debet competere definito, et econtra, nego antecedens, competere quoad praedicata essentialia nihil aliud est, quam quod eadem praedicata essentialia, quae afferuntur in definitione, eadem afferantur in definito Vg si definitio dicit, homo est animal rationale, id ipsum debet habere ipse, qui est definitus.

Deveniendo ad 2m, quod prospicimus, Utrum videlicet detur unitas aliqua negativa ante operationem intellectus, quae sufficiens sit ad universale formaliter. Respondendum est esse chymericas tales negativas unitates, quas defensavit Caietanus c. 4 de ente, et essentia quaestione 6 cum magna tomistarum

turba, qq ad hæc sit cum multis Scotistis Ponson. 5. Metaphysic. Cp 28 quæst. 3; verum, ut melius reiiciamus unitatem istam negativam, sciendum est, quod intelligant per illam sui Patroni: igitur duplicem unitatem agnoscunt isti DDs in natura, aliam unitatem positivam et est illa, quam habet natura iam abstracta per intellectum, ut possit prædicari de pluribus, ut cum ab hominibus abstrahimus rationem com. humanitatis, unitatem negativam appellant ipsam naturam à parte rei, inquantum non est identificata cum singularibus, ut facilius hoc exponam, dicunt, quod natura humana v.g. habet à parte rei duplicem statum, alium naturæ secundum se sine inferioribus, seu solum aptitudinem ad identificationem cum illis: quoniam censent, quod natura à parte rei secundum se neque est in hac, neque in illa singularitate; sed solum est indiferens ab ista, vel illa singularitate.

Sententia hæc in eo peccat, quod ante operationem intellectus supponat distinctiones aliquas in rebus, quæ si realia inde se identificarent; et ideo contra eas sunt ea omnia argumenta, quæ aptiximus contra mediam Scotistarum distinctionem: et illa enim infert, quod natura humana Petri, sit aliud ante operationem intellectus ab singularitate Petri, quacum identificatur; et sic conveniet eidem entitati reali duplex status contra dictorius, videant ea, quæ adduximus contra prædictos Scotistas, ne eadem iterum, ac sæpius sine necessitate repetamus.

Sed opponunt: natura humana, quæ est in Petro, non est incommunicabilis et se: ergo et se, et ante operationem intellectus non est singularis: Respondeo negando ant.: etenim natura humana Petri est singularis: quia est ipse Petrus

et sicut Paulus nequit habere indiferentias, ut sit Paulus, ita similiter natura humana Petri non habet indiferentias aliquas, ut identificet cum Paulo: instas; natura humana p nos é incommunicabilis et se: g° nequit ēē communicabilis p intrum; neq̄ una apta potest ēē ad essendum in pluribus p intrum: probatur cōa: q̄ x^a nostras doctrinas sepius stabilitas nequit intus facere in rebus aliqd prēt cognoscere illas: g° si á parte rei natura é incommunicabilis post operationem intrus eadem natura etiam erit incommunicabilis.

Respondeo concedendo ans: et negando cōam: etenim in modo nostro abstrahendi, et distinguendi rem unam ab alia, non scindit obtum ullo modo, ut latius diximus agentes de distione raonis; sed solum diximus, qd distinguere aiat á rationali p intrum, é solum totum cognoscere obtum in ordine ad unas operationes, et non in ordine ad alias, qd ad extrinsecum é obto; sic non tollimus á Petro naturam humanam, quando abstrahimus ab illo humanam naturam; sed solum totum cognoscimus in ordine ad humanitatis connotata, quia illum explicemus in ordine ad alia connotata, qd quis non videat, qd non sit facere aliqd intrinsecé in obto; sed solum mere extrinsecé se habere cū illud; et sic raone huius extrinsici actus intus natura humana Petri dicit abstracta á Petro, et dicit ēē apta ad essendum in multis p sui plurificationem modo inferius exponendo.

Opponunt 3: natura á parte rei é indiferens ad Petrum, vel ad Paulum: g natura

a parte rei ē secundus se distincta à Pro, vel à Paulo: ant̃s probat: q̃ natura humana non ē ligata Pro, aut Paulo, quandoquidem ipsa bene potest existere, sive det Pg, vel det Paulus. Confirmat: q̃ antequam Deus produceret Pm, vel produceret Paulum erat Deus indiferens ad ponendum Pm, vel ad ponendum Paulum: g̃o tunc erat natura indiferens ad identitatem cum isto, vel cum illo: g̃o natura ex se indiferens ē ad identitatem cum Pro, vel cum Paulo.

Respondeo, qd impole ē, qd natura humana à parte rei sit indiferens ad Pm, et ad Paulum: sicut impole ē, qd Pg sit indiferens ad essendum Pg; itaq̃ natura humana Pri essentialiter à parte rei ē Pg, et Pg à parte rei ē sua natura; ad id, qd dicit in confirmatione; Respondeo, qd Deus bene potest producere, vel non producere Pm, aut Paulum, qui non dum producti st; at casu quo illos producere decreverit, non poterit producere naturam Pri sine Pro, aut naturam Pauli sine Paulo, nec alia ratio ē, quam, qd Deus non potest facere, qd id qd ē, non sit id qd ē: q̃ esset sic velle ridiculas chymeras: itaq̃ aliud ē, qd Deus sit indiferens ad producendum Pm, aut Paulum; aliud, qd natura Pauli sit indiferens ad essendum Pg vel natura Pri ad essendum Paulus, qd falsum ē, et hoc inferres, qd nequeat Deus facere, qd natura Pri sit natura Pauli; aut econtra, aut qd sua natura, sua natura non sit; neq̃ alia ē ras, quam, qd, quę st idem, semper st idem; et quę st distincta semper st distincta: inferes etiam, qd homo non dat à parte rei, neque animal rationale Ho

prout his omnibus importantr; sed solum dantr ea om-
nia fundamentalia, hoc e dantr entitates, de qq cum
veritate enuntiare possumus, qd sint principium ser-
siendi, et ratiosinandi ttª.

74

Praevia explicatio virtualis distinctionis, et identitatis ad ulteriora asserta.

Quia pedes movere non possumus in hac materia sine virtuali distione, ut vel ex proxime dictis facile constat necessum e explicare in quo ea consistat, et qd sit virtualis identitas illi opposita, qd non ad modu exacte video tractatu a DDbus, licet Suniga quaest 21 de trinitate D 2 dub 4 membro 10 hanc materiam aliquantulu tractet specialius.

Est igit virtualis distio aequivalentia distionis realis fralis inter extrema realiter identificata in ordine ad verificanda praeta contradictoria esse. Nam cum distio realis fralis non sit, virtute, et aequivalenter id praestat p indiles entitates in ordine ad verificanda contradictoria, et diversa munia exercendo, qd p diversas entitates praestaret distio realis fralis; unde dicta e virtualis, quasi virtute continens actuales frates.

Non dixi, ut comr dicunt DDs, distiones virtuales ee, quae aequivalet extremis realitr distinctis, ut distinctis: q esto habere possit rectu intelligentia, haec defio non videt fralissime explicare ipsas distiones; sed extrema virtualitr distincta, inter quae versatr. Nam extrema virtualitr distincta aequivalent extremis actu, et realir distinctis, ut distinctis; at q adeo ne confundamus distiones ipsas cum extremis explicanda e virtualis distio p aequivalentia realis di

distinctioni actualis, et formalis, sicut extrema virtualia virtualiter distincta aequivalentiam extremorum actu, et formaliter distinctorum.

Ut autem clarius constet in quo haec virtualis aequivalentia consistat adverte formales distinctiones reales duo praestare; quorum unum est facere extrema inter quae versatur mutuo de se negari, et non posse absolute unum de altero praedicari. Unde quia Petrus distinguitur realiter formaliter a Ioanne, nequit dici, quod Ioannes sit Petrus, aut de Petro, quod sit Ioannes, potest vero dici, quod Ioannes non sit Petrus, et quod Petrus non sit Ioannes: secundum est facere, quod ex duobus contradictoriis unum verificetur de uno extremo, et aliud de alio; sic de Petro verificatur quod sit filius Pauli, doctus, ingeniosus etc. de Ioane vero quod non sit filius Pauli, nec doctus, nec ingeniosus etc.

Distinctio virtualis non aequivalet distinctioni reali formali in 1o; sed in 2o: quia licet faciat, ut de uno extremo virtuali verificetur unum praedicatum contradictorium, et de alio virtuali aliud, non facit, quod ea extrema virtualia nequeant realiter de se praedicari, aut quod possint realiter negari; secus non esset virtualis distinctio; sed actualis realis formalis: requirit enim hoc genus distinctionis identitatem actualem formalem inter extrema, quae virtute differunt.

Hinc est, quod distinctio virtualis intercedens inter essentiam divinam, et paternitatem non facit, quod essentia non sit realiter Paternitas, aut, quod Paternitas non sit realiter essentia, facit tamen, quod Paternitas non sit filiatio, et essentia sit filiatio, quod essentia non distinguatur realiter, et simpliciter a filiatione, et Paternitas absolute, et

simpliciter distinguatur.

Potest hoc declarari uno, vel altero exemplo, etsi non plene: ubicatio indivisibilis Angeli se extensione reali partium facit, quod extensio localis constans partibus faceret, facit enim, quod Angelus sit in omnibus, et singulis partibus spatii, et cum faciat omnes esse præsentes Angelo non facit, quod omnes sint præsentes inter se: sic distinctio virtualis se distinctione reali actuali partium facit, quod faceret actualis partium distinctio; facit enim, quod essentia divina sit in omnibus, et singulis Personis, et cum faciat omnes esse præsentes per identitatem divinæ essentiæ, non facit, quod per identitatem sint idem inter se.

Id ipsum explicat divina immensitas, et æternitas; illa enim cum indivisibilis sit facit sua extensione virtuali, quod omnes Creaturæ quantumcumque dissitæ sint Deo intimæ, et præsentes, quin propterea faciat esse intimas, et præsentes inter se; hæc cum se intra successione actuali, et formali sit, facit tamen coexistentiam sua virtuali distinctione Deum simul existere ex parte sua successione infinitorum annorum: nec tamen facit annos simul existere inter se: ita virtualis distinctio facit divinam essentiam identificari personis; nec tamen facit personas identificari inter se.

Sed videamus iam quod sit identitas virtualis? est extremorum, quæ inter se realiter identificantur mutua, et reciproca æquivalentia, seu virtualis æquipollentia in ordine ad munia realia, et prædicata contradictoria. Unde quæ sic virtualiter idem non possunt verificare prædicata et se contradictoria: quod ad hoc

opus erat, qd ratione unius conveniret aliqd praedicatum realiter, qd non conveniret realiter ratione alterius.

Atqui non potest ita res habere si mutuo virtute equivaleat, cum equivalentia virtualis in ordine ad munia realia, et praedicata contradictoria faciat, qdqdqd unum realiter potest, possit, et aliud, et qdqd ratione unius realiter convenit, conveniat ratione alterius; non secus ac equivalentia distinctionis realis facit, qd praedicata contradictoria, quae verificarentur si extrema realiter distinguerentur, verificentur quamvis actu non distinguantur, hoc excepto, qd de se invicem non negentur.

Posset, et aliter explicari identitas virtualis sic: est illa, quae facit ne extrema actu identificata equivaleant distinctis realiter ut distinctis in ordine ad munia realia, et praedicata contradictoria verificanda. Unde Deitas, et essentia divina sunt idem virtute, item divina volitio, et amor, principium productivum Spiritus Sancti, et relatio spiratoris; quia cum sibi mutuo invicem equivaleant, non equivalent distinctis realiter, ut distinctis. quare qdqd Deo convenit realiter ratione unius, convenit etiam ratione alterius.

Nec mireris, qd tam distinctiones virtuales, quam virtuales identitates constituamus in positivo: quia cum distinctio virtualis non sit actualis formalis non est pura negatio, aut carentia identitatis, neque extremum illi contradictorie oppositum, tametsi utraque importet aliquam negationem; nam distinctio virtualis

importat negationem mutuæ æquivalentiæ inter extrema virtualia; et identitas virtualis importat in utroque negationem mutuæ æquivalentiæ rerum realiter distinctarum, ut distinctarum, seu distinctionis realis actualis, unde ambæ consistunt partim in positivo, partim in negativo. Positivum virtualis identitatis est mutua æquivalentia virtualis extremorum: negativum est negatio æquivalentiæ realis distinctionis. Positivum virtualis distinctionis est æquivalentia distinctionis realis; negativum est negatio mutuæ æquivalentiæ extremorum virtualium.

Divinas relationes virtualiter distingui ab essentia ante operationem intellectus

Explicata distinctione virtuali, probandum est ea distingui, essentiam divinam, et divinas relationes, ut illi omnes locuere, quos sesequi pro nostro complacito retulimus. Et probatur 1: illa extrema distinguuntur virtualiter, quæ absque actuali distinctione æquivalent rebus realiter distinctis, ut distinctis in ordine ad verificanda prædicata contradictoria ante operationem intellectus: sed ita se habent essentia divina, et divinæ relationes: ergo distinguuntur virtualiter. Maior ex dictis esse ante constat: minor probatur: quia ea æquivalent rebus realiter distinctis, ut distinctis in ordine ad verificanda prædicata contradictoria ante operationem intellectus, quæ se actuali distinctione, ita bene verificant prædicata contradictoria ante operationem intellectus, ac si essent actu, et realiter distincta; sed divina essentia, et divinæ relationes se actuali distinctione ita

bene verificant prata contra dictoria ante operationes intrus, ac si actu, et realitr distinguerentr: go. Minor probatr: q non minus absute cum veritate dicitr de Paternitate, qd distinguatr realitr à filiatione ante operationes intrus, et de essentia, qd non distinguatr realitr ab ea des filiatione; de paternitate, qd producat de essentia, qd non producat; de filiatione, et processione, qd producantr; de essentia, qd non producatr; quasi actu, et realitr distinguerentr: go.

Probatr 2o: de oio eodes non potest ante operationes intrus verificari duplex prata contra dictorius (ut lumine natz notu é) sed de essentia, et relationibus verificantr ante operationes intrus prata contra dictoria, ut ex dictis constat, et fide certus é: go essentia divina, et relationes non ss oio ides ante operationes intrus; sed ss oio ides actu, et fralitr (siqui des prata unimus neq actuales reales, neq frales distiones ex natura rei dari intr divinas essentias, et relationes ante operationes intrus) go solus restat, qd non sint ides virtualitr, seu, qd virtualitr distinguantr.

Probatr 3o: si divine relationes, et essentia non distinguerentr virtualitr mutuo sibi equivalerent in ordine ad munia realia; sed non mutuo equivalent: go non ss ides virtualitr: maior pono certa ex senu precedenti: & minor probatr: q munus reale unius relationis é opponi alteri realitr ab ea distingui, realitr producere, aut produci; sed in ordine ad hec munia non equivalent divina essentia cum ea prestare

non possit (nec enim essentia opponitur relationi, neque ab illa realiter distinguitur, neque producitur, aut producit): Ergo.

Probatur 4: (et est veluti confirmatio, et urgentia rationis 2ae) a praedictis ex se contradictoriis, solum potest auferre oppositiones, incompatibilitates, et repugnantias ad hoc ut componatur distinctio realis subeorundem eorumdem enunciatorum, aut quod aequivalens: sed in divina essentia, et relationibus compati compatiuntur praedicta ex se contradictoria, quae de illis enuntiantur: ergo eius ab illis, ut compatiantur, non auferat oppositiones incompatibilitates, et repugnantias distinctio actualis realis, quando quidem nulla huius modi mediat inter essentiam, et relationes illas auferret quod aequivalens; sed aequivalens distinctioni reali actuali est distinctio virtualis: ergo inter essentiam, et divinas relationes datur distinctio virtualis.

Probatur 5: quia concessa hac virtuali distinctione facile solvuntur argumenta, alias prope insolubilia, nec eam deprimit divina simplicitas, siquidem virtualis distinctio admittit omnimodas actuales identitates, solum quod facit, quod se distinctione aequivaleat distinctioni, et se multiplicitate aequivaleat multiplicitati, quod extollit maxime divinas perfectiones et eminentias. Unde S. Dionisius dixit in Deo esse multiplices simplicitates, et simplices multiplicitates. quasi clarius diceret esse in Deo multiplicitates virtuales, et simplicitates actuales.

Aut dic quare divina aeternitas talis eminentiae a te concedatur, ut se successione

equivaleat realiter successivis, et divina immensitas se extentione equivaleat realiter extensis, et non concedatur talis eminentiæ divina simplicitas, seu identitas, ut se reali distinctione equivaleat realiter distinctis: laudo Richardus Victorinus, qui libro de trinitate c. 20 coniunxit cum divina simplicitate virtuales, seu eminentiales nostras multiplicitates. Sic loquitur: ibi vera unitas cum plenitudinis universitate, ibi summa simplex identitas cum totius consumationis infinitatione.

Sed petes an hæc distinctio virtualis debeat admitti non solum inter essentiam, et relationes, sed etiam inter reliquas alias perfectiones divinas, et attributa? Varié loquuntur; alii enim affirmant, et alii negant. Ego res exposui in materia de atributis late et ex professo ubi introduxi quendam distinctionem virtualem ex natura rei, quæ non esset actualis scotica, sed illi equivalens: licet agnovi inter intellectum, et voluntatem distinctionem virtualem realem, quam videtur indicare Sanctus Augustinus libro 15 de trinitate c. 17 dum de intelligentia, et dilectione sic ait: nec distent (actu) in divinis ista, sicut in nobis aliud est memoria, aliud intelligentia, aliud dilectio, sive charitas, sed unum (actu) aliquid sit, quod omnia valeat (nempe virtualiter.)

Arguta Hemelman adversus distinctionem virtualem.

Aggreditur invehitur in nostras virtuales distinctiones Pater Hemelman in suis disputatis theologicis volumine 1 titulo 8 D. 1 c. 27 per totum. Et ut erat vir doctissi-

mus, atq in rebus profandis improfandis ve eternus, multa obiicit, quorum solem niora hic solvemus relictis reliquis, que aut ex dictis soluta, aut ex dicendis facile solubilia sunt.

1° 9° obiicit: vel hec distio existit à parte rei, vel non? si primum? e realis, omne enim, qd existit à parte rei reale e, et contr pillas distinguerentur relationes ab essentia realitr: si secundum 9° e distio rationis, cum nequeat non ee raonis, qd à ratione pendet in sua existentia, et ee. Respondetr existere à parte rei, et ee reales virtuales, non reales frales, et contr efficere, qd relationes distinguantr realitr virtualitr ab essentia, non realitr fralitr, qd e se distione reali equivalere distinctis realitr, sicut supra dictum e.

Et quidem si argutti forma quidquam concluderet utiq probaret in omnium sententia divinas perfectiones realitr distingui: q à parte rei datr distio fundamentalis raonis. Qd sic probo eodem prorsus tenore: vel hec distio fundantis existit à parte rei vel non? si primum? e realis, omne enim, qd existit à parte rei reale e, et contr pillas distinguerentr realitr divine perfectiones: si 2m. 9° e distio raonis, et non precedit operationem intellus, qd e contra cõa asserentium asserentium distiones fundamentales existere à parte rei, et non pendere ab operatione intellus: itaq prius probandum erat distiones fundamentales, aut nostras virtuales ee frales, ut concessa à nobis à parte rei faceret, qd divine perfectiones, aut relationes actu, et fralitr distinguerentr realitr ab essentia; nam, qd faciat distingui fun

mentaliter, aut virtualiter realiter esponte concedimus: et post longus labores nihil absurdi convincit obiectio.

Obiicitur 9o: de quidditate cuiuscumque distinctionis est negatio identitatis; sed à parte rei non datur negatio identitatis inter naturam, seu essentiam, et relationes: ergo neque distinctio virtualis inter illas: maiorem probatam supponit et logica, et de distinctione, quae è à parte rei dicit patere: quia quae à parte rei distinguuntur ita se habent ut unum non sit aliud: atque adeo, ut habeant negationem identitatis inter se: minorem probat: quia si esset negatio identitatis à parte rei inter deitatem, et paternitatem à parte rei Pater non esset Deus: praeterquam quod nos libenter concedimus praedictam minorem.

Respondetur distinguendo maiorem: de quidditate cuiuscumque distinctionis comprehendendo etiam non solum formales; sed etiam ceteras: nego maiorem: de quidditate cuiuscumque distinctionis formalis: concedo maiorem: concedo deinde minorem, et nego consequentiam: quia distinctio virtualis non est formalis; sed quid aequivalens formali in ordine ad verificanda contradictoria: posset et aliter responderi distinguendo ita maiorem: de quidditate cuiuscumque distinctionis est negatio identitatis, formalis; aut virtualis: concedo maiorem: est negatio identitatis solius solius formalis: nego maiorem: similiter ad minorem; sed à parte rei non datur negatio identitatis formalis inter essentiam, et relationes: concedo; non datur negatio identitatis virtualis; nego minorem, et simul consequentiam. Negatio identitatis virtualis est negatio mutuae aequivalentiae extremorum virtualium, quae non opponitur identitati actuali formali, et hanc negationem importat distinctio virtualis.

Obiicit 8: ubicumque est actu à par

rei distio, actu ē multiplicatio, divisio, multitudo, et numerus; sed hęc non dantr actu à parte rei inter naturas, et relationes, ut constat ex Concilio Florentino: ḡo neq distinctio ulla actu à parte rei. Respondetr distinguendo maiores: ubicunq ē actu à parte rei fralis distinctio; concedo maiores; virtualis distio; nego maiores: seu alitr ubicunq ē actu distio ē multitudo, divisio et̄ca ea ratione, qua distinctio ē; concedo maiores: alitr ac ē nego maiores: disting etiam minores: sed hęc non dantr fralitr à parte rei concedo; (et hoc contendit Florentinus) non dantr virtualitr nego: dari virtualitr ē dari equivalentias distionis, multitudines, et numeri, se actuali ratio, multiplicatione et̄ca fralibus, qd nihil dicit imperfectis; sed ingentes perfectiones.

Obiicitur 4: admissa hac distione virtuali intr essentiam, et relationes, admittendę sunt plures processiones divinę, quam duę à parte rei contra receptam, et cōem doctrinam Teologorum cum S. Thoma 1a parte quęs 27 articulos, et Ioanne teologo in Florentino sessio 18: ḡo non ē admittenda eiusmodi virtualis distio à parte rei: probatr ans: q cum essentia divina sit radix divinarum relationum, et hę abilla profluant, si virtualitr abilla distinguuntr à parte rei, certe à parte rei profluent, et consequentr erunt à parte rei tot processiones, quot relationes, cum quęlibet sibi vendicet speciales suas processiones.

Respondetr negando ans: ad probationes dico ēē à parte rei tres processiones virtuales divinarum relationum, neq tamen absolute, et simplicitr ēē plures processiones, quam duas: q virtuales processiones non sunt absolute, et simplicitr processiones; sed equivalentr. sicut semen, qd dicitr arbor non ē simplicitr ar

arbor, nec homo virtualiter est simpliciter homo, aut continentiae eminentiales, vel virtuales Creaturarum in divina essentia, aut omnipotentia simpliciter Creaturae; sed cum restrictione, et addito eminenter virtualiter. Duae itaque processiones assignantur solum: quia solum eae sunt formaliter, et simpliciter processiones, quarum proprium est habere terminos actu, et physice distinctos distinctione reali formali.

Obiicies: Bernardi argumentum contra Gilbertum Porretanum: Deus est id, quo nihil melius excogitari potest: sed aliquid melius excogitaretur, si absque virtuali distinctione à parte rei conciperetur, quam si cum illa; ergo eius modi virtualis distinctio abiicienda est: minor probatur: quia sine virtuali distinctione Deus esset magis simplex, longiusque distaret à multiplicitate, et compositione, quam cum illa, siquidem sine illa esset Deus simplex non solum actu, et formaliter, sed virtute, cum illa vero non est simplex virtute; sed solum actu.

Respondet consummati negando minorem: ad probationem dico sine virtuali distinctione non longius distare Deum à multiplicitate actuali formali, quae sola repugnat Deo, esto longius distaret à virtuali, quae nullam habet repugnantiam cum divina perfectione, et simplicitate propria Dei: imo sine illa salvari nequit trinitas Personarum cum unitate essentiae; et consequenter nec divina fecunditas. Unde, quod una via conaris construere in divina simplicitate, destruis alia in divina fecunditate, et tres divinas Personas tollis, ut ponas virtuales identitates: quia non quaelibet multiplicitas Deum dedecet, alias abiicienda esset realis multiplicitas Personarum, et fundamentalis, seu formalis multiplicitas rationis essentiae, et relationum: quare

sicut tu admittis fundamentales ante operationes intrus, et actuales formales post illas; ita ego concedo virtuales, quas infinitas exigit perfectiones, et tas propria Dei e, ut prorsus repugnet Creaturę.

Aliorum argumenta contra eandem distinctionem virtualem.

Verum alii obiiciunt 1o: distinctioni virtuali convenit defio distinctionis realis actualis: ergo e non solum virtualis, sed etiam actualis, quę eum repugnet inter divinam essentiam, et relationes; ergo ne repugnabit virtualis: antecedens probatur quia unum actu distingui ab alio realiter e esse aliquid realiter actu, quod non e aliud realiter; sed essentia divina e aliquid realiter actu, quod non e realiter Paternitas: ergo distinguitur realiter à Paternitate. maior videtur nota; minor probo: quia essentia e realiter filiatio, quę non e realiter Paternitas; sed ab ea realiter distinguitur. Confirmatur ea realiter distinguuntur actu, quorum uni convenit aliquid actu realiter, quod non convenit alteri; sed uni ex dictis virtualiter convenit aliquid actu reale, quod non conveniat alteri: ergo actu, et non solum virtute distinguuntur realiter: Respondetur negando antecedens: ad probationes

Respondet negando antecedens: ad probationes neque maiorem cum Albis 1a parte tractatu 4 de trinitate D. 9 sesse 1 Pre Suñiga quęst. 2 8 de trinitate D. 3 dubio nullo, et Herice in manu scriptis de trinitate non enim ea e defio distinctionis, seu distinctorum realiter; sed hęc: illa distinguuntur realiter, quorum unum non e realiter aliud, à quo distinguitur. Quare licet essentia sit aliquid realiter nempe filiatio, quę non e realiter Paternitas non

distinguitur realiter à Paternitate; sed ipsa Paternitas. Ad confirmationem dic non semper esse indicium actualis distinctionis realis convenire uni aliquod praedicatum realiter, quod non conveniat alteri: quia cum hoc provenire possit ratione distinctionis virtualis, ut probatum est, non infertur inde, quod distinctio realis actualis sit talis detur; sed sub disiunctione, videlicet, vel actualis, vel virtualis.

Secundo: distinctio virtualis facit, quod negetur de Deo aliqua divina perfectio: ergo repugnat Deo eiusmodi distinctio: patet consequentia: quia Deo repugnat quidquid est in causa, ut illi negetur aliqua divina perfectio: antecedens ostenditur: quia distinctio virtualis facit, quod de Patre, qui Deus est, negetur divina filiatio, quae ut constabit inferius divina perfectio est, et intra suas lineas infinita: si enim Paternitas, et divina essentia careret virtuali distinctione, non posset negari filiatio de Patre, semel affirmata de divina essentia.

Respondetur: distinctionem virtualem facere quidem, quod de Deo aliqua divina perfectio negetur, non tantum sistendo in negatione; sed dimultiplicando, quod alia via ad ipsum affertur; atque ideo non facit, quod absolute, et simpliciter careat illa perfectione; sed ut illam non habeat hac via; sed illa unde, quod de divina essentia negatur, ut Paternitas, seu Patere, affirmatur, ut filiatio, seu filiere; atque adeo non solum non minuit divinam perfectionem virtualis distinctio, sed in causa est, ut maior sit, quam si ipsa in Deo non daretur, siquidem ea abiecta, nec Deus esset fecundus, nec in Personis trinus.

Tertio: distinctio virtualis ex suis visceribus, et intrinseco conceptu involvit contra

contra dictiones: g° ē impōlis inter essentias, et relationes, imo absolute inse: patet cōa: q. illud ē impōle tas inter essentias, et relationes, quas absolute inse, qd ab intrinco concepta involuit contradictoria: ans probo: q. id ex suis visceribus, et intrinco ɔceptu involuit contra dictiones, qd, ut sit exigit p se verificari contra dictoria: id exigit p se distio nostra virtualis: g° ex suis visceribus, et intrinco ɔceptu involuit contra dictiones: mores ostendo: q. de ɔ conceptu quidditativo virtualis distiōnis ē, qd veriat contra dictoria vera, ut nos ipsi supra docuimus.

Respondetr negando ans: licet enis distio virtualis involuat poas ad verificanda prāta esse contra dictoria, non tantū ad verificanda illa, ut vere contra dictoria, seu cuiusuera contra dictioni, ad quas opus ē, qd prāta esse contra dictoria verificentr de ōo eodes tas actu, quas virtute, unde nulla ē cōa, nas id solus ē impōle, qd involuit contra dictoria, ut talia, hoc ē de ōo eodes, qd non habet virtualis distio: Ad probationes maiis patet ex dictis: id involuit contra dictiones ex suo ɔceptu, qd, ut sit exigit p se verificari contra dictoria de ōo eodes, secus si exigat verificari, sed non de ōo eodes, sed de virtualitr diversis, qualitr exigit distio virtualis ex superius dicta.

Et qui des si argutus convinceret, non posset dari binarius entitatas realitr distinctarus, de qua se ɔ trouū verificari possunt prāta esse contra dictoria. Arguo sic: id nequit dari, qd implicat contra dictiones; sed dari binarius entitatis realitr distinctarus implicat contra dictiones: g° nequit dari binarius entitatis realitr distincta-

distinctarum: minor probatur: quia id implicat contradictiones, quod, ut sit exigit verificari contradictoria; sed, ut sit binarius prædictus exigitur, quod verificentur contradictoria: ergo. Minor probatur: quia de diversis realiter distinctis necessario deberent verificari prædicata esse contradictoria. Nihil ergo concludit argumentum quamdiu non probat ea prædicata verificari ut vera contradictionem seu ut vera contradictoria sunt, hoc de omnibus eodem.

Quarto: nequit distinctio virtualis facere, quod de eadem entitate reali verificentur hæc prædicata contradictoria: existit non existit, ut videtur esse luce clarius: ergo neque poterit facere, quod alia contradictoria de eadem entitate verificentur: probatur consequentia: quia omnia contradictoria æqualem habent repugnantiam, neque alia magis opponuntur, alia minus: non ergo est potis virtualis hæc distinctio in cuius gremio prædicata contradictoria simul acceptantur, non ... de utroque certum ... Herice in manuscriptis de trinitate concedit, quod si in rebus creatis daretur virtualis distinctio, verificarentur; sed verificari possent: quia sunt defectibiles; atque adeo credit negandum prædictum antecedens, licet in divinis habeat verum: quia omnia sunt a se, et necessaria non possunt deficere.

Sed concesso antecedenti, nego consequentiam: discrimen est: quia ad distinctiones virtuales necessum est, quod inter illius extrema detur actualis identitas realis, cum autem nequeat dari ... identitas, inter existens, et non existens, nequit dari inter ea distinctio virtualis, potest autem dari inter alia, ut ostendi in mysterio trinitatis, quæ actu existunt, et eorum fieri potest, quod prædicata alias contradic

toria locum habeant se vera contradictione.

Nec bene infertur, quod omnia contradictoria possint, et debeant verificari de illis extremis, de quibus verificantur aliqua: de Petro enim, et Ioanne verificantur esse albus, et non esse albus (si supponamus alterum esse albus, alterum esse nigrum) non tamen verificatur esse frigidum, non esse frigidum, esse pulchrae faciei, et non esse, esse habitantem Patriae, et non esse (ut alia omittam) si ambo sint frigidi, eiusdem Patriae, et similis pulchritudinis. Non ergo probatur intentum illa propositio generalis, quod omnia contradictoria quae aliam, seu aequalis repugnantiae, siquidem ea non obstante verificantur aliqua de Petro, et Ioanne, non vero omnia.

Quinto: in creatis datur aequivalentia plurium, seu aliquid unum, quod pluribus realiter distinctis aequivaleat; nec tamen datur virtualis distinctio potens verificare praedicta contradictoria: ergo non ex eo, quod divina perfectio talis sit, ut aequivaleat pluribus realiter distinctis concedenda est virtualis illa distinctio: maior probatur: quia sensus communis aequivalet omnibus sensibus externis, cum percipere possit singulorum obiecta, et omnium simul.

Respondetur in creatis nihil esse, quod aequivaleat pluribus distinctis realiter, ut distinctis, tametsi aequivaleat virtutibus productivis eorum, quae plura sunt, ut in exemplo adducto patet. Ad hoc enim, ut aequivaleat virtutibus omnium satis est, vel, quod producere possit effectus omnium, vel quod percipere possit obiecta omnium. Ut autem aequivaleat illis, ut realiter distinctis, opus est

qd equivaleat reali distioni oium, et hoc non habet in suis coum videoque caret distione virtuali rigorosa, quam dicimus propriam Dei.

Sexto: si daretur distio virtualis inter essentiam, et relationes, illa esset actualis; actualis repugnat: ergo et virtualis: sequelam probo, quia esset actualiter, et esset distio: ergo actualiter distio; ergo distio actualis. Hic modus arguendi laborat equivocatione puerili: eo dem modo possent multa probari tam contra ipsos obiicientes, quam contra coes, et receptas doctrinas. Respondeo distinguendo maiorem: illa esset actualis formalis, nego maiorem, actualis virtualis concedo: distinguo etiam minorem: actualis formalis repugnat: concedo minorem; actualis virtualis, nego minorem. Quod perinde est, ac dicere, quod actu datur equivalentia distionis formalis, seu virtus equivalens, cui quia nullam repugnantiam habet Deus; sed potius varias connexiones. Unde patet ad reliqua.

Ultimo tandem impugnatur virtualis distinctio.

Quanto ceteri esteriliores sunt in hac distione probanda, defendenda, et illustranda, tanto nos fecundiores esse debemus, qui enixe optamus omnino firmam relinquere, atque ab argumentorum ictibus securam, ne deceptero ullus timeat, aut sicut hactenus illius aspectum tanquam monstrum aliquod perhorrescat.

Primo igitur obiicio 1o: impossibile est, nec potest concipi absque distione actuali, et cum sola virtuali eandem entitatem essentie, et relationis partim identi

tificari filio, et partim distingui; sed aut distingui debet solus totus, aut solus totus identificari: ergo distinctio nostra virtualis hanc inadequatam identitatem, et inadequatam distinctionem eiusdem entitatis adstruens impossibilis est: antecedens probatur: quia sublata omni distinctione actuali, et posita solum virtuali, tam indivisibilis entitas resurgit et paternitatis, et essentiae, ac est punctus quantitatis; sed punctus quantitatis: quia caret omni actuali distinctione adeo insectile, et indivisibile est, ut totus solus totus tangat partes, quin possibile sit, aut concipi possit, quod solum aliquid sui tangat, et solum aliud sui non tangat, alias non esset indivisibile: ergo absque distinctione actuali, et cum sola virtuali impossibile est, ignotum, et imperceptibile eandem entitatem essentiae, et relationis partim identificari filio, et partim distingui; sed aut distingui debet solus totus, aut solus totus identificari.

Respondetur negando antecedens: ad probationem distinguo maiorem: tam indivisibilis entitas resurgit solum indivisibilitatem actualem, transeat; concedo maiorem; solum virtualem, nego maiorem: distinguo etiam minorem: sed punctus quantitatis: quia caret solum actuali distinctione adeo est indivisibilis, ut solus totus tangat, nego: quia caret non solum actuali, sed etiam virtuali, concedo. Si punctus quantitatis haberet virtuales distinctiones, seu divisibilitates posset utique solum partes virtuales sui tangere, et solum alias non tangere, sicut de ente essentiae diximus. Quare negamus consequentiam.

Obiicio 2: ut detur virtualis distinctio inter essentiam, et relationem Paternitatis, ut a nobis exponitur, oportet, quod verificentur de eadem indivisibili entitate

essentiæ, et relationis ex parte contradictoria: identificatur non identificatur, communicatur non communicatur: aut similia; sed non verificantur, nec verificari possunt: ergo nec datur nec dari potest nostra virtualis distinctio, inter essentiam, et Paternitatem: minor probatur, et claritate essentiam, et paternitatem, ut una indivisa entitas, seu realis formalitas appello A.

Et argumentor sic: A supponit tam pro essentia, quam pro Paternitate, tamquam pro suis partibus virtualibus: ergo licet de A verificetur illud contradictorium non identificatur, minime verificabitur, aut verificari poterit aliud identificatur: quod ita probo: ut A dicatur identificari non satis est, quod una pars virtualis illius identificetur; sed opus est, quod identificentur omnes pro quibus supponit; sed non identificantur omnes, nec identificari possunt, cum Paternitas sit una ex virtualitatibus, et illi repugnet identificatio: ergo licet de A verificetur illud contradictorium non identificatur, minime verificabitur, aut verificari poterit aliud identificatur: maior probatur quia ut hæc propositio verificetur Petrus, et Paulus currunt: necesse est, quod uterque currat: quoniam supponit pro utroque; nec possibile est, quod uno tantum currente vera sit: ergo ut verum sit, quod A identificatur opus est utranque partes virtuales pro quibus supponit identificari; nec possibile est verificari una tantum parte identificata.

Respondetur concessa maiori negando minorem: ad probationem dico A dupliciter posse supponere 1° pro utraque parte virtuali copulative accepta; ita ut prædicatum affirmetur de singulis,

, idest quod valeat, ac Paternitas identificatur, et natura identificatur, et sic libenter concedimus non posse verificari, quod identificetur, si una tantum pars identatis habeat; sicut optime probatur paritas desumpta ex Petro, et Paulo currentibus; in hac autem acceptione, et suppositione non dicimus verificari contradictoria de eadem indivisibili entitate paternitatis, et essentiae; nec distinctio virtualis exigit, ut sic verificentur contradictoria.

Secundo potest supponere pro eadem indivisibili entitate actuali utriusque partis virtualis, sed non pro utraque parte copullative accepta in singulorum praedicatis; sed divisive in singulis praedicatis, ita ut in uno praedicato contradictio supponat pro ente actuali, quatenus solum unam partem virtualem, et in alio pro eadem entitate actuali quatenus solum diversam partem virtualem; ita ut sensus sit entitas actualis paternitatis, et essentiae identificatur cum filio solum virtuale essentiae; eadem entitas solum virtuale Paternitatis non identificatur; sed distinguitur a filio, et in hoc sensu, quem solum intendimus; virtualis quoque distinctio exigit non opus est, quod utraque pars virtualis identificetur, ut verum sit praedicatum illud contradictorium identificatur in argumento tantum; nec exemplum de Petro, et Paulo currentibus habere paritatem ut clarum est. Vide pro hoc, et similibus oppositionibus notationes a me positas quaestione 2 huius tractatus, seu etiam penultimo.

Obiicio 3: impossibile est quod res distinctae realiter sint actualis quidditas rei simplicis, et quod res realiter oppositae sint quidditas rei, in qua nulla est oppositio: ergo im

impossibilis est nostra distinctio virtualis: probo consequentiam: quia eius modi distinctio exigit, quod relationes realiter distinctae, et oppositae sint actualis quidditas essentiae, quae est res omnino simplex, et in se carens reali oppositione.

Respondetur distinguendo antecedens: impossibilis est, quod res realiter distinctae sint actualis quidditas rei simplicis, qua simplex est, concedo antecedens, qua multiplex est, nego antecedens; et simul consequentiam. Ad probationem dicendum est theoricas virtuales distinctiones exigere quidem, quod relationes distinctae realiter, et oppositae sint actualis quidditas essentiae, haec autem adaequate accepta, non solum est una, sed plures entitates, non solum est non opposita; sed opposita, non solum una distincta; sed distincta, quamvis solum diversos conceptus virtuales etc. superius dicta.

Obiicio 4: si distinctio virtualis exigit actuales, et formales identitates inter essentiam, et relationes ante operationem intellectus, haec propositio erit vera: in Deo tantum est entitas essentiae, quam esse falsam inde constat: quia entitas essentiae est indivisibilis actu, et in Deo non est sola una entitas indivisibilis actu; sed his actu tres entitates relationum, seu trinitas personarum. Deinde; quia entitas essentiae est absoluta, et ultra entitates absolutas sunt tres relativae: probemus nunc veritatem exclusivae ex suppositione naturae distinctionis: illa propositio; in Deo tantum est entitas essentiae, aequivalet huic: in Deo entitas essentiae, et nulla alia entitas est in Deo praeter entitatem essentiae, seu, quae non sit entitas essentiae, atqui haec exponens est vera: ergo et exponibilis: minor probatur: quia cum entitas essentiae sit actu, et formaliter omnes entitates relationum, et

entitates omnes relationum sint entitas essentiae, nulla entitas est in Deo, quae non sit entitas essentiae, aliás esset aliqua distincta à divina essentia.

Respondetur cum Herice distinguendo sequelam: esset vera si entitas essentiae acciperetur, ut virtute distincta à relationibus: nego sequelam: si acciperetur, ut actu idem cum illis, concedo sequelam: ad exponentes similiter dic, quod si nomine entitatis essentiae intelligatur absolutum id quod virtute distinguitur à relationibus: falsa est; si vero totum id intelligatur, quod actu, et formaliter est essentia, vera est; nam sic dicit absolutum, et relativum, et ultra absolutum, et relativum nulla alia entitas est in Deo.

Finis quaestionis de distinctione virtuali ex materia Patris Didaci Lopes viri admodum docti desumpta. Ex materia, in qua, de Trinitate.

Sumul
de
Laredo